# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM
REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

**TH. MOMMSEN** ET **PAVLVS M. MEYER**

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.

GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1

THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . 907

---

*

# LIBER SEXTVS.

## I. [*DE DIGNITATIBVS(?)*]

***Rubricam suppeditat Iust.*** **12, 1.**

VI, 1, 1 . . . . . . . . .

***Constitutiones huius tituli perierunt.***

## II. DE SENATORIA DIGNITATE.

***De numero rubricae constat ex sequentibus: ipsam servavit codex A (vide p. 13) ita, ut eam tam ad primum titulum trahere possis quam ad secundum; hoc argumentum flagitat constitutionum quae supersunt. Quod solet praescribi*** **de senatoribus et de glebali vel follium septemve solidorum collatione et de auro oblaticio** ***Gothofredus composuit adhibita rubrica Iust.*** **12, 2: de praetoribus et honore praeturae et gleba et folle et septem solidorum functione sublata.**

2, 1–11 (?) . . . . . . . . .

*1—11(?) perierunt.*

---

VI, 2, 12 (? = 7) (377 . . . .).

. . . . . . . . . . . . .

q. 33 f. 1 | legata re//e caelesti senten[*tia*] . . . . . . glebal[*i*]s necessitas auferatur. Qu(od non solum cir-)ca vir[*o*]s (d)i(n)oscitur constitutum, v(erum etiam circa) filias simi(li co)ndicione servandu[m. DAT. XVIII KAL.] . . . HIERAPOLI GRATIANO [*A. II*]*II* ET MERO[*BAVDE CONSS.*].

**IVST.**

**(IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AVGGG.) AD PROCOPIVM. Senator vel alius clarissimus privatos habeat filios, editos quippe, antequam susciperet dignitatem: quod non solum circa masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias simili condicione servandum. Cum autem paternos honores invidere filiis non oportet, a senatore vel solo clarissimo susceptum in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum.**

*R (propter numeros constitutionum vide ad 6, 2, 17. Extra uncos dantur, quae hodie in codice leguntur; quae litteris rectis exhibentur collocata intra uncos curvos, veniunt ex Iustiniano, collocata intra uncos quadratos Cuiacius videtur legisse in R; quae suppleta videntur esse ex coniectura, dantur litteris cursivis).* — IVST. 12, 1, 11.

1 legata (leg. . . . . *Pith. (scilicet margo exemplaris ed. Cuiacianae a. 1566 servati in bibl. Parisina F²) et inde Cui. 1586*, legatur *Goth.*, *om. Cui. 1566) R* r(?)e(?)////e (. . . . . e *Pith. et inde Cui. 1586 Goth., om. Cui. 1566) R* senten} *(sic Vesme recte*, oraculo *Cui.*, oracul *Goth.) R* 2 gleual∗s (gleualis *Cui.*, gleual∗∗ *Goth.*) *R* auferatur qu *(ut vid.) R*, auferatur quod non solum cir (cir *om. Cui. 1566, add. Pith. et inde Cui. 1586) Cui.* 3 ca uir∗s] *R*, ca uiros *Cui. 1586*, uiros [*om.* ca] *Cui. 1566*, ca filios *Pith.* ∗i∗oscitur] *R*, dinoscitur *Cui.* u} *R*, uerum etiam circa *(ex Iust. omnino) Cui.* 4 simi∗∗ ∗∗ndicione] *R*, simili conditione [condicione *1586*] *Cui.* seruandum *Cui.* dat. xuiii kal.] *Cui. (1566)*, dat. xu . . . . *Cui. (in ed. cod. Iust. a. 1562)* 5 gratiano a. iiii et merobaude conss. *Cuiacius explens*

VI, 2, 13 (? = 8) (383 Ian. 10).

IMPPP. GRAT(IA)N(VS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEODOSIVS [AAA. AD HYPATIVM . . . . .] Si quis, senatorium consecutus [nostra largitate fas-]tigium vel generis felicitate so[rtitus, possessionis] alicuius professionem senatu[i crediderit occulendam,] praedium fisco noverit vindic[andum, quodcum-]q(ue) subtractum publicis iure con[pendiis erit.] Quiq(ue) consularitatis insignia fu[erit adsecutus, digni-]tatis obeundae atq(ue) exercendae a[dministrationis] huius copiam non habeat, nisi prop[ria adnotatione] digesserit [*se*] senatorium nomen ag[noscere et larem] habitationemq(ue) vel sedes certas in [provincia atque oppido] conlocasse nihilque amplius quam [certum professio-]nis modum varias intra provi[ncias possidere, cuius] indicio palatinis scriniis qua[esito quam primum om-]nis instructio facile declare[t, quibus quantisve nomini-]b(us) quove in modo perennis ae[rarii emolumenta sub-]creverint. Duorum vero fo[llium maneat cunctos] indiscreta professio, eti[am si possessiones forte] non habeant, quos digni[tas consularis vel clarior] at(que) sublimior potest[as ulla provexerit, nemine] ad insignia potest[atis admittendo, nisi professio-]nem vinxerit, et [his tantum a necessitate huiusmodi] segregandis, q[uos palatinae honore militiae et stipen-]diis adproba[tos debita potius quam postulata sena-]torii ordini[s societas advocaverit. DAT. IIII ID. IAN.]
q. 33 f. 1' | [MEROBA]VDE II ET SATVRNIN[O CONSS.].

*R (uncis comprehensa deficientia hodie in vv. 1—25 extremis et v. 26 in. dantur ex Cuiacio, qui hanc paginam etsi non plenam, ut edidit, tamen integram fere videtur vidisse; fines tamen non satis reguntur inter tradita et ex coniectura suppleta).*

1 ad hipatium *Cui.; addendum* ppo 3 sortitus *Cui.*, su} *R (si recte vidi) ducit ad* su[ccedens] 8 tates *R* 10 se *addidit Gothofredus* 20 neminem *Cui.* 21 *scr.* nisi se professione *cum Goth.* 22 uincxerit *R*

VI, 2, 14 (? = 9) (384 Aug./Sept.).

[IDEM AAA. CLEARCH]O P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes, qui ex Mac[e]doniae par-[*tibus* amplissim]o Constantinopolita[nae u]rbis ordi-[*ni allec*ti sunt,] ad Thracum similit[udin]em senatorum [glebali iubem]us praestatione reddi immunes. DAT. [. . . . SEPT. CONS]TANTINOP(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*R (pleniorem, non plenam videtur vidisse Cuiacius).*

1 }o pu *R hodie*, idem aaa. clearcho pp *(sic) Cui.* mach•doniae| rar *R (sic hodie, item Pith.)*, machedonia erat *Cui.*, *em. Gothofredus* 2 • amplissimo constantinopolitanae urbis ordi *Cui.* 3 }ad trachum similit••••em senatorum *R*, *quae primus recte legit Gothofredus*; ne nati sunt • similitudinem senatorum *Cuiacius (qui videtur legisse in codice* ti sunt, *quae praecedunt addidisse coniectura); Pithoeus (marg. F*[2]*) pro* sunt *et qui sequitur asterisco in codice deprehendere sibi visus est* urt•••dum, *emendans* secundum 4 }us *R*, gleuali iubemus *Cui.* 5 . . . . tantinop ricomere et clearcho conss. *R*, • sept. constantinop. richomere et clearcho conss. *Cui.*

I, 2, 15 (? = 10) (393 Aug. 31).

[IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, TH]EOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD AVRELIANVM [P(RAEFECTVM) V(RBI). Quod ad eoru]m querimonias, qui se glebalia non [posse ferre oner]a testabuntur, amplissimorum [virorum consilio d]efinitum est, scilicet ut septenos [quotannis solid]os pro sua portione conferret, qui [praebitionem i]mplere follium non valeret, eatenus [. . . . . . . . confirm]amus, ut omnes, quibus est census angus-[tia, contempl]atis patrimonii sui viribus liberam [habeant optio]nem, quatenus, si conlatio ista non dis-[plicet, a consort]io amplissimi ordinis non retendant. [Sin vero grave, i]d est damnosum videtur, dignitatem [senatoriam non r]equirant. DAT. PRID. KAL. SEPT. CONS-[TANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO)] AVG. III ET ABVNDANTIO VR CL CONSS.

*R (uncis comprehensa cum hodie desint, eorum pleraque certe vidit Cuiacius).*

1 aurilianum *R* 2 quaerimonias *R* gle-ualia *R* 3 taestabuntur *R* 4 csilicet *R* 5 qui] *Pithoeus* (*coniectura:* ἴσως qui) *et inde Cui.* *1586 in margine,* quid *R* 7 *excidit opinor* hac lege 8 patrimoniis *R* *post* uiribus *ins.* es *R*[a] 10 recedant *Cui. 1586 in margine*

I, 2, 16 (? = 11) (395 Sept. 14).

[IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORI]VS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes sena-[tores, qui in sacratis]sima urbe consistunt, licet ha-[beant per longinqua]s provincias atque diversas pos-[sessiones, aurum oblat]icium in urbe persolvant, [quod a procuratoribus et] actoribus suis ad urbem redi-[tus perferuntur. Sane his s]enatoribus, qui in provin-[ciis larem fovent, per provin]cias censuales, qui ple-[nam habent notitiam, inmine]ant, quo cognoscant [sine dilatione aurum profuturu]m aerario nostro [quantocius inferendum. DAT. XVIII] KAL. OCT. OLYBRIO [ET PROBINO CONSS.]

*R (uncis comprehensa hodie deficientia Cuiacius videtur in cod. legisse).*

4 obloticium *Cui.* 5 a(?)ctorib. *R* 9 profuturum] *Cuiacius,* proiectitium *Pithoeus*

I, 2, 17 (? = 12) (397 Apr. 15).
. 33 f. 2

| ID(EM) AA. AD [SE]NATVM ET P[OP]VLVM. POST ALIA: [*Censuales nostros,*] quibus onerosa glebae adfirmatur e[*sse exactio, ab ipso*] quidem negotio summovemus. Sed qu[*ia praecipuam eis*] scimus harum rerum esse notitiam, et disq[*uisitio-*]nis curam et rationem manifestae instru[*ctionis*] eis inponimus. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESA[*RIO*] ET ATTICO CONSVLIBVS.

*R (numerus* XЧI *manu antiqua, non prima, ad hanc legem in margine adscriptus est in R. Cuiacius hanc vix vidit pleniorem).*

1 censuales nostros] censualibus *Cui.* 2/3 adfirmatur exactio onus quidem *Cui.* 3 negotiosum mouemus *(sic) Cui.* 3/4 sed quia eis plurimam scimus *Cui.* 4—6 *sic coniectura opinor explevit Cuiacus*

VI, 2, 18 (? = 13) (397 Apr. 15).

[*I*]DEM AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: S[*i sena-*]tor patrimonium proprium in quemcum[*que qua-*]libet ratione transtulerit, inminutio [*licet con-*]signationis tempore probata non v[*alet nisi cau-*]sa prius erit actis provincialibus adpr[*obata.*] DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARI[*O ET ATTICO CONSS.*]

*R (Cuiacius non vidisse videtur pleniorem).*

1/2 si senator *Gothofredus*, senator *Cui.* 2 quemcunque qualibet *Cui.* 3 *hiatum inter* inminutio *et* signationis *adnotant Cuiacius et septem asteriscis positis Pithoeus* 4 ualeat sed causa *Cui.* 5 adpr[obata]] adp *ego non vidi, vidi* r; adprobanda *Cui.* 6 *fin.* c///ri *mihi apparuit*

VI, 2, 19 (? = 14) (397 Apr. 29).

ID(EM) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui in s[acro mansuetudinis nostrae] palatio militarint, si c[oetui senatus consortioque fue-]rint sociati, iuxta latam [dudum legem glebalem tan-]tum sustineant functionem, [ad praeturae vero functio-]nem atque onera non vocen[tur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTI-]NOPOLI CAESARIO ET ATTICO CO[NSS.].

*R (uncis comprehensa hodie deficientia in codice Cuiacius videtur legisse).*

1 *fin.* in ⁝ *ego* 2 *fin.* militarint sii⁝ *ego* 4 sustineat *R*

VI, 2, 20 (? = 15) (397 Dec. 26).

ID. AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Dudum p[raecepimus, ut aurum obla-]ticium senatores, [qui in sacratissima urbe degunt, in] urbe conplere[nt, ii vero, qui in provinciis larem fove-]rent, per cen[sualium officia in provinciis solverent.] Sed quoniam [cognovimus praedictum officium non] posse exsec[utioni sufficere, ad praedictum negotium] auxilia cong[rua ab ordinariis iudicibus volumus minis-]trari. DAT. [VII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.]

*R (uncis comprehensa hodie deficientia in codice Cuiacius videtur legisse).*

1 *fin.* p *non vidi* 2 senatores] *adscripsit* omnes *in margine Pithoeus* 3 hii *Cui.* 6 *fin.* c *vel* q *R*

VI, 2, 21 (? = 16) (398 Mart. 29).

IIDEM AA. FELI[CI P(RAEFECTO) V(RBI). Glebam possessionum, non personarum] esse [perspicimus, ac propterea necesse est, ut illis immineat]
q. 33 f. 2' | [*exactio qu*]i ex re eadem redi[*tus*] consecuntur. Nam cum [*censi*]bus deferatur, non [*po*]test auri pro[*f*]e[*s*]sio perire [*domin*]o. Hac itaque sanctione decernimus, ut Hispa[*niae in praes*]ens tantum tempus beneficiis indultis utan[*tur s*]ervaturi posthac in solvendis functionibus provin[*ciar*]um consuetudinem ceterarum. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) [*HO*]NORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*R (vidisse videtur Cuiacius vv. 1. 2 in ima pagina recta folii secundi plenos, reliquos in eiusdem folii versa mutilos, ita, ut supra eos dedimus, explevisse coniectura).*

4 deferatur] *sic R* 5 domino *Cui.*, aerario *Seeck* 8 consuedinem *R*[a]

Π, 2, 22 (? = 17) (401 Febr. 26).

[*ID(EM) AA. PA*]TROINO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). A conlatione glebalis auri vel i..n [*******] ii tituli ne domum quidem nostram inmu[nem] [*******] esse praecepimus. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. MART. MED(IOLANO) VINCEN- [*TIO ET FR*]AVITO VV. CC. CONSS.

---

*R (Cuiacius non vidit pleniorem).*

1 idem aa .troino *Cui.; adscripsit τὸ αὐτό in margine Pithoeus* 1/2 uel . tituli ne *Cui.*; uel i *(sequentibus asteriscis sedecim) Pithoeus,* uel solidorum VII tituli *Seeck* 2/3 immunem esse *Cui.; ante* esse *asteriscos tres ins. Pithoeus* 3/4 uincentio et auito uu. cc. conss. *Cui.*

---

VI, 2, 23 (? = 18) (414 Mai. 10).

[IMPP. HONO]RIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD MONAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis [..........is.i.s] tota impleta militia ad proximatum [et comitivam] dispositionum vel magisterium ad- [missionum pervenerit,] nulla penitus functione vel [glebatione senatoria tum] primum ob dignitatem vi- [cariam fatigetur sitque in]munis a septem quoque solido- [rum praestatione, qua]e tenuissimos senatorum adso- [let obligare. DAT. VI ID.] MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

---

*R (Cuiacius vidisse videtur praeter principium plenam).*

1 p̅u̅] *immo* p̅p̅o̅ 1/2 si quis . nostris tota *Cui.*, 'ἴσως ex scriniis' *Pithoeus, ante* tota *vestigia incerta R* 3 *ante* sitionum *vestigia incerta R* 4 paenitus *R* 6 reptem *R*

---

I, 2, 24 (? = 19) (417 Mai. 14).

[IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI). Si quis] desertam possessionem sub [peraequationis sorte pe]rceperit, eum a praestatione glebae [senatoriae, etiamsi antiquitus ho]c onus fundum mane- [bat, alienum esse praecepimus. Illa] vero praedia, quae [navalem sustinent functionem et in d]esertis huc usque ia- [cuerunt meliore condicione in om]nibus titulis conve- [nit relevari, ut gravis sors pro ea q]ua resederit por- [tiuncula navalis esse non possit, cu]m aliis fuerit dis- [pendiis liberata. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNA) HO]NORIO A. XI [ET CONSTANTIO II CONSS.]

IVST. 11, 59, 15

Si quis deserta praedia, quae navalem sustinent functionem et in desertis nunc usque remanent, sub peraequationis iure perceperit, meliore condicione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis sors navalis esse non possit pro ea quae resederit portiuncula, cum aliis fuerit dispendiis liberata.

---

*R (Cuiacius vidisse videtur integram).* — IVST. 11, 59, 15.

2 prestatione gleuae *R* 5 et] *Iust., om. Cui.* 5/6 tacuerunt *Cui.* 7 qua] *R*, quae *Iust.*

---

2, 25 (? = 20) (426 Apr. 26).

33 f. 3 [*IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS*] ROM(AE). | POST ALIA: Oblationem nobis amplissimi ordinis [*promp*]ta liberalitate promissam partim remittimus vobis, [*partim*] patriae communi urbique largimur. DAT. VI KAL. MA[I. *ROM(AE)*], RECITATA in SENATV PER THEODOSIVM PRIMICERIVM N[*OTARIO*]RVM D̅D̅. N̅N̅. THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)-ANO II AA. CONSS.

---

*R (hanc et sequentes Cuiacius non vidit pleniores).*

2 libelitate *R*[a] 3 mai.] m. *(sic) Cui.* 4/5 ual.ano *R* (ti *supra*)

VI, 2, 26 (? = 21) (428 Ian. 31).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Praeter eos, qui notariorum [*nos*]trorum scholae praeclaro sunt sacrati collegio v[*el*] ***rum praerogativa nostrorum aut etiam sa[*cri con*]sistorii decurionum militia muniuntur, [*item*] qui e schola agentum in rebus expletis stipe[*ndiis ad*] principatum ducenae pervenerunt, tog[*ati quoque*] praetorianae atque etiam urbicariae praefec[*turae ce*]terique omnes, qui delatis sibi senatoriis dignita[*tibus fruuntur,*] pro suis viribus glebales tantum functiones agnos[*cant: pala*]tinis sacrarum et privatarum largitionum, quonia[*m renun*]tiandum senatoriae dignitati adita nostra clem[*entia cre*]diderunt, senatoriis functionibus eximendis et, qu[*amvis a se*]natorum consortio segregentur, in omni secu[*ritate man*]suris, nec non etiam filiis eorum atque nepotibus, [*secund*]um divi Constantini atque Constantii constitutiones: [*ita u*]t omne beneficium omnisque adnotatio specialis super immunitate contra huius sanctionis formam a quocumque officio persona schola vel professione elicita nullam habeat firmitatem, sed allegata quoque et ab amplissimo, si ita contigerit, suscepta ordine denuo, cum libuerit, retractetur: totius temporis, quod interea fluxerit, ab eo, qui hoc inpetrare studuerit, describtionibus extorquendis, etsi hoc idem praeiudicium adnotationis tenore elicitae remittatur. DAT. PRID. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

---

*R*

2 u*******rum (*supra sex litteras non deficiunt; vel silentiariorum, quod posuit Cuiacius, spatium excedit*) *R* 3 decorionum *R* item] uel *Cuiacius* scola *R* 3/4 in rebus *Cuiacius*, iuribus *R* 6 gleualis *R* 9 mansuris *Cuiacius*, *** | sueris *R* 11 omnesque *R* speciales *R*[a] sup*er(?) immunitate *R* 14 quod] qui *R*

## q. 33 f. 3' |[III.] DE PRAEDIIS SENATORVM.

VI, 3, 1 (393 Febr. 27).

[*IMPP*]P. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quid syri[*ar*]chiae a senatoriis possessionibus annua conlatione con[*fer*]tur, iubemus aboleri. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO [*A. II*]I ET ABVNDANTIO CONSS.

---

*R*

1 auriliano *R*

---

VI, 3, 2 (396 Aug. 12).

[*IMPP.*] ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Senatoriae func[*tion*]is curiaeque sit nulla coniunctio et ne laeden[*di cu*]rialibus praebeatur occasio per apparitores [*rect*]orum provinciae de senatorum fundis fis[*calia*] postulentur habeatque hanc disponendi cu[*ram, c*]ui defendendi senatus sollicitudo mandata [*erit. S*]i curia sibi censitorem vel peraequatorem vo[*luerit*] postulare, sibi postulet, non senatui. DAT. PRID. ID. [*AVG.*] CONS(TANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

---

*R*

3 fis[calia] *Vesme, id quod spatium quoque requirit*, fis[co] *Cuiacius* 6 constantinopoli] cspp *R*

---

VI, 3, 3 (396 Aug. 12).

[*IDEM AA. A*]FRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). A curialibus terris senatoria gleba discre[*ta sit*] nec ulla fiat in possidendo clarissimarum domorum [*curial*]iumque coniunctio nec ullo

---

1 gleua *R*

exactionis genere vin[*ciantu*]r, idque curent ii, qui per civitates defensorum se[*nat*]us officium susceperint, quorum periculo teneatur, [*s*]i quid dispositum fuerit in dispendium senatorum. Sin vero curiales censitorem vel peraequatorem suis terris voluerint postulare, ab eorum petitione sit senatus alienus. DAT. PRID. ID. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

1 hii *R* 2 susceperent *R*ª *inter* [s]i *et* quid *fortasse littera excidit in R*

---

1, 3, 4 (397 Sept. 4).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Docuit tua sublimitas exactionem tributorum senatus non posse concurrere, adeo ut in nonnullis provinciis senatorii canonis medietas in debitis resideret. Atque ideo ceteris in prioris legis serie permanentibus id
3 f. 4 solum corrigi atque emendari iubemus, | ut senatorii fundi non per officia, sed per curial[*es*] potius exigantur ad eosque iterum sollicitudo re[*currat.*] DAT. PRID. NON. SEPT. ANCYRA CAESARIO ET ATTICO [*CONSS.*]

*R*

2 concurrere] *requiritur* officium curare *similiave* nonnullis *R*ª 3 resederit] *Gothofredus*, resederet *R* 5 exantur *R*ª

---

# IIII. DE PRAETORIBVS ET QVAESTORIBVS.

*Numerum tituli habet R.* — paetoribus *R.* — *Iust.* 1, 39: de officio praetorum; 12, 2 de praetoribus et honore praeturae et septem solidorum functione sublata.

4, 1 (320 [326?] Mart. (?) 9 (?)).

IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Religiosis vocibus [*sena*]tus amplissimi persuasi decernimus, ut quaestor[*es*] ea praerogativa utantur, qua consules et praetor[*es*], ita ut, si quis intra annum sextum decimum nomin[*a*]tus fuerit absens, cum editio muneris celebratur, condemnationis frumentariae nexibus minime teneatu[*r,*] quoniam memoratae aetati placet hoc privilegium suffragari. DAT. VII. ID. MART. SIRMI CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*R*

1 aeliano] *fortasse scr.* Iuliano; *praefectus urbi videtur significari Anicius Iulianus qui iniit a. 326 id. Nov.* 1/2 ena *in* senatus *et* res *in* quaestores *adhaerent folio proximo in R (Vesme)* 3 cum] um *R*

---

4, 2 (327 Mart. 6).

IDEM A. IVLIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Minores XX annis aetatis contemplatione infirmae hoc etiam remedio sublevamus, ut eius necessitudinis titulo minime teneantur,
f. 4' cuius laqueis vinciuntur ii, qui post vicensimum aetatis | [*s*]uae annum trans mare positi et in provinciis commo[*ra*]ntes nequaquam ludis circensibus ac scaenicis exhi[*be*]ndis sui copiam faciunt et ideo certo generi multa[*tio*]nis obiecti sunt. DAT. PRID. NON. MART., ACC. ROMAE CONS[*T*]ANTIO ET MAXIMO CONSS.

*R*

1 minoris *R* xxti (*non* xxu) *R* 3 uinciuntur] *Gothofredus*, uinciantur *R* hii *R* 4 sciaenicis *R*ª 5 faciunt] faciant *m. rec. R* genere *R* *subscriptionem firmat laterculus praefectorum*

VI, 4, 3 (339 Mart. Apr.).

[*IMP.*] CONSTANTIVS A. AD MECILIVM HILARIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: [*Pr*]aetores et quibus inminet iudicandi necessitas modo [*ru*]ris adscribta ne parvo quidem tempore copiam sor[*tia*]ntur abeundi ex urbe: qui aliter fecerit, multae obno[*xius*] sit, quae iam pridem divo principi placuit, et perscrib[*tam*] omnem summam mox inferre cogatur. DAT. VIII [••• *A*]PRIL. CONSTANTIO II ET CONSTANTE AA. CONSS.

*R*

1 ppo] *scr.* pu *secundum laterculum praefectorum* 2 [ru]ris *scripsi,* quantitatis *Cuiacius 1566,* •••• is *Pithoeus et inde* . . . . . . . tis *Cuiacius 1586,* sortis *coniecit Gothofredus* parua *R** 3 qui aliter] *Gothofredus,* qualiter *R*

VI, 4, 4 (339 Iun. 28).

[*IDEM A. AD*] MECILIVM HILARIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes clarissimi, qui [*per di*]oecesim sublimitatis tuae degunt, nostri auctori[*tat*]e praecepti ad urbem Romam venire cum inpensis, [*qua*]s ludi scaenicorum vel circensium vel muneris ra[*ti*]o poscit, cogantur. ET CETERA. DAT. IIII KAL. IVL. CONSTANTIO [*II A.*] ET CONSTANTE CONSS.

*R*

1 ppo] *scr.* pu *secundum laterculum praefectorum* 3 [qua]s *Vesme,* suis *Cuiacius* cercensium *R*

VI, 4, 5 (340 Sept. 9).

[*IDEM*] A. AD SENATVM. Primae praeturae, quae Flaviali nuncupatione signatur, viginti et quinque milium follium et quinquaginta librarum argenti erogationem sumptusque praescribsimus. In secunda vero Constantiniana viginti milia follium et quadraginta libras argenti largiendas esse censemus. Tertia triumphalis quindecim milia follium ac triginta argenti libras sine inconmodo editoris expendat. DAT. V ID. SEPT. ANTIOCHIAE POST CONS. CONSTANTII II ET CONSTANTIS.

*R*

6 conss. *R*

VI, 4, 6 (340 Sept. 9).

[*IDEM A. A*]D SENATVM. Pro eo, quem absentem tempus editionis invenerit, erogatio-
q. 33 f. 5 nem debitam fiscus expendat, post adventum cuncta, quae praerogata fuerint, | soluturo. DAT. V ID. SEPT. [*ANTI*]OCHIAE POST CONS. D. N. [*CONS*]TANTI II ET CONSTANTIS.

*R*

3 conss. *R* d. n.] *Cuiacius,* di(?)/ (diu *Kr.*) *R* | *fin.* tis *incertum R*

VI, 4, 7 (353 [354] Mart. 14).

IDEM A. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Litteris ad Hilarianum p(raefectum) p(raetori)o dest[*ina*]tis praecepimus senatores ad urbem Romam veni[*re*] conpelli, ut muneribus iniunctis operam possint pra[*esta*]re sollemnem et professionem edere conpella[*ntur*]; eos autem editores, qui tempore praestituto praese[*ntes*] esse neglexerint, iuxta leges venerabiles divi [Constantini] qui[*n*]quagena milia modiorum tritici urbis Romae h[*orre*]is inferre conpelli. DAT. PRID. ID. MART. CONSTANT[*IO A.*] VI ET CONSTANTIO CAES. II CONSS.

*R*

1/2 praefectum praetorio] *immo* pu (*cf.* 6, 4, 4) 2 romanam *R* 3 conpellantur] *Haenel,* conpelli *Cuiacius* 4 prestituta *R* neclexerint *R* 5 constantini] *Cuiacius,* parenti nostri *Seeck, om. R* 6 *scr.* Constantio A. VII et Constantio C. III *propter praefectum*

VI, 4, 8 (356 Apr. 11).

IDEM A. AD SENATVM. Hac lege sancimus arbitrio ves[*tro no*]minationes solitas fieri usurpatione iudic[*um cessan*]te. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO), LECTA AB ARAXIO PROCONS[*VLE*] DIE VI ID. MAI. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I CON[SS.].

*R*

1 saenatum *R*ᵃ 2 [cessan]te] manente *Pithoeus et m. rec. in R* ab araxio] *Sievers Lib.* | *p. 213,* abraxio *R* 2/3 *post* procons. *possunt excidisse litterae quaedam* 3 ui] u *R*ᵃ

VI, 4, 9 (356 Apr. 11).

IDEM A. AD SENATVM. Placet, ne minus quinquaginta c[*laris*]simi veniant in senatum: certum est namque hoc [*nu*]mero large abundare substantiam virtuti omnim[*o*]dae. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO), LECTA AB ARAXIO PROCONS[*VLE*] DIE VII ID. MAI. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS.

*R*

2 omnim[o]dae] *Vesme,* omnim∗(*vel* ∗∗)|dae *R,* honorandae *Cuiacius,* f—|dae *Gothofredus* | 3 ab araxio] *Sievers,* abraxio *R* (*vide 6, 4, 8*) a. *om. R*

VI, 4, 10 (356 Mai. 9).

IDEM A. AD SENATVM. Die natali meo Constanti A. id. Aug. ac deinceps designationibus curiam operam dare sancimus. Quod si forsitan dies unus alterve non sufficit,
1 tot haec utilitas occupet, quot esse monstraverit necessarios negotii magnitudo. Et quicumque forsitan impetraverit pretio functorum coetibus adgregari, indulta ei cessent; allectionis quaerendus est honor. Secernimus enim ab his, patres conscribti, quibus meriti
q. 33 f. 5ʳ suffragatio conciliat nostra beneficia et quicumque cessante| [*su*]ffragio in̨l(ustri)bus meritis praetorii vel aliam meruerі[*t dig*]nitatem, praesidio muneris nostri perpetuo perfru[*at*]ur.
2 Nemo sane in filium transferat vel nepotem a[*li*]umve quemlibet, quod personae eius incumbit, sed [*h*]onorem suum capiat, designatus expleat munus in[*po*]situm. DAT. VII ID. MAI. CONSTANTIO AVG. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS.

*R*

1 id. aug.] *scr.* VII id. Aug. (*C. I. L. I*² *p. 302*) 3 quod *R* 4 cessent] *Gothofredus,* cesset *R* 5 allectionis] *sic R* meritis (s *dubia*) *R*ᵃ | 6 cessantes | ∗∗(*vel* ∗∗∗)fragio *R* 7 perfruantur *Cuiacius* 8 aliumue] *Cuiacius,* a∗∗|umut *R*

VI, 4, 11 (357 Aug. 12).

[*IDEM A.*] AD SENATVM. Si quos in urbe Roma perfunctos esse cla[*r*]uerit magistratibus, ad nulla editionum genera devo[*cen*]tur. Urbis autem Romae curiam callide declinantes [*clar*]issimo praeditos nomine per Achaiam, Macedoni[*am to*]tumque Illyricum iussimus quaeri raro vel num[*quam*] sedem dignitatis propriae frequentantes, quibus lo[*coru*]m grata confinia possint esse iucunda, ut carens mo[*ra l*]onginquae peregrinationis debea dignitas concu[*pisc*]i. LECTA PRID. ID. AVG. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS.

*R*

2 nullam *R* 3 [clar]issima *R* machedoni[am] *R* 5 iudunda *R* mo || ∗∗∗∗ongiquae (moris longinquae *Cuiacius*) *R*

VI, 4, 12 (361 Mai. 3).

[*IDEM A. AD*] SENATVM. Praetores designentur senatus consulto legitime celebrato, ita ut adsint decem e procerum numero, qui ordinarii consules fuerint quique praefecturae gesserint dignitatem, proconsulari etiam honore sublimes, Themistius quoque philosophus, cuius auget scientia dignitatem, et iam his praesentibus qui praeturae insignia honoremque ante susceperint latis per ordinem sententiis designentur, ita ut, si qui forte medio tempore humana sorte decesserint, alii in eorum locum, qui eandem dignitatem, ut utamur veterum verbis, subsortiti fuerant, subrogentur, scilicet ut, qui sequenti post eum anno eandem suscepturus praeturam fuerat, in demortui locum senatus consulto et sententiis substitutus praeturae insignia dignitatemque suscipiat. DAT. V NON. MAI. GYFYRAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*R*

4 praeturae] *expectes* quaesturae 6 ali *R* 6/7 utamur] *Pithoeus et Gothofredus*, utantur *R* 7 subrogentur] *Gothofredus*, subrogetur *R* 9 u *om. R*[a] gyfyrae] Γέφυρα *Ptolemaeus* *5, 15, 15*, Gephyra *(m. p. XXII ab Antiochia Cyrrhum versus) Peutingerana. Secundum temporis ordinem l. 12. 13 collocandae fuerunt post l. 14—16*

---

VI, 4, 13 (361 Mai. 3).

q. 33 f. 6 | IDEM A. AD SENATVM. Ex quinque praetoribus, qui sollem[*niter*] designati editionem celebrare consuerunt, tr[*es nu*]mero editionis necessitati et populi voluptatibus [operam] dent, duo vero argentum inferant eiusdem urbis [*fabri*]cis provida ratione profuturum. Namque Constan[*tini*]ana, quae prior est, ita deputari fabricis deb[*et, ut mille*] libras argenti praetor expendat; Flavialis vero, [*quae*] tertia est, quingentas operibus eiusdem

1 urbis exh[*ibeat.*] Quod si qui ex his, qui praetores fuerint designa[*ti, ad e*]ditionem subeundam venire non potuerint v[*el ae*]tate vel aegritudine retardati, cum pondere, [*sicut*] nobis moderantibus conditum est, ad officium [*prae*]fecti urbi procuratorem debebunt ilico dest[*inare*], scilicet ut sub eius praesentia opus, quod ex e[*o ponde*]re coeptum fuerit, construatur, hac pollicita[*tione*] dumtaxat, ut eidem operi ex eius nomine titu[*lus*

2 *in*]scribatur. In potestate censualium denomin[*at*]io n[*on*] sit, sed ante decennium legitimo senatus consulto pr[*ae*]tores designati editionem praeturasque ipsas senatus arbitrio sortiantur, ita ut, si conventi iidem venire neglexerint, dimidium plus, quam quanti sumptuum necessitas postulat, vel in argento vel in ipsis pigneribus ad praefecti urbi officium destinetur: quod quidem pondus operibus publicis debebit adscribi sine ulla commendatione atque inscribtione eius nominis, qui officia dignitatis per contumaciam detrectarit.

3 Quod si iudices, qui praef(ecti) urbi fuerint inscribtione conventi, rem segnius exsecuntur et nequaquam aut ipsos ad urbem aut pignera destinarint, per singulos praetores ipsi

q. 33 f. 6' iudices denas auri libras, officia vero eorum quinas dena[*s* | *infe*]rre debebunt, ita ut exerto vigore praefecti urbi[*s nos*]trae auri pondus exactum operibus faciat manci[*pari.*] Nec ulla protrahendi sit causa, cum in tantum prae[*fec*]turae urbi dignitatem auctam esse velimus, ut haec con[*de*]mnatio ob segnitiem conventionis inflicta missis [*ab*] eodem

4 praefecto urbi officialibus debeat postulari. [*Q*]uod si qui forte vicaria potestate perfuncti praeturam [*h*]inc acceptam ferri student, statutum pondus argenti [*v*]iribus inferre nostrae urbis adigantur, videlicet ut tan[*tu*]m inferant, quantum eos praetores inferre

---

2 operam] *Cuiacius*, *om. R* 4 prior est] *Cuiacius*, priores *R* *(adnotavit Pithoeus) post* deb *m. rec. scripsit* etur, *deinde hiat margo* 5 flauiales *R* 8 sicut] *scripsi*, quod a *Cuiacius* 9 exe.....re] *R*, ex eo pondere *scripsi*, exerceri *Cuiacius* 11 inscribatur] *Cuiacius in margine R*, scribatur *Cuiacii editio* 13 idem *R* 16 incribtione *R*[a] 17 iudicis *R* 19 uere *R* 20 nostrae] *scripsi*, librae *Cuiacius* 21 praefae|..cturae *R* auctam] *Cuiacius*, actam *R* 24 acceptam ferri] *scripsi*, |i(?)ncceptumaferri *R*

iussimus, [*qui*] editionis necessitate cessante argentum fabrica[*rum*] contemplatione praebituri sunt. DAT. V NON. MAI. [*GYF*]YRAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*R*

2 gyfyrae] *Gothofredus*, ...yrae *Gothofredus et Vesme*, }riae *ego dubitans*, ....r(?)ae *Krueger*, | }nae *Cuiacius vidimus in R*

---

I, 4, 14 (359 Mai. 22).

[*IDEM AA. AD S*]ENATVM. Placuit, patres conscripti, eos solos desig[*nar*]e praetores, qui aliquibus editionibus functi sunt, sic vi[*de*]licet, ut praevaleat numerus isque praedictum [*susc*]ipiat magistratum, quem plures crediderint eligend[*u*]m. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

*R*

2 sicui|..licet (linet *R*ᵃ) *R*, si cui displicet *Cuiacius* is quae *R* 3 [susc]ipiat] *R*, accipiat *Cuiacius*

---

II, 4, 15 (359 Mai. 22).

IDEM A. AD SENATVM. Meministis profecto, patres conscribti, nec ullius temporis avellet oblivio, quod Facundus ex proconsule et Arsenius ex vicariis praetorum insignibus splenduerunt, nec quisquam horum putavit esse praeturam intra propriam dignitatem. Quid autem inlustrius his repperitur exemplis? Debuerat profecto res ista, debuerat alios etiam conmonere proconsulari ac vicariae praefecturae praeditos potestate non esse praeturam minorem propriis meritis. Oportuit adpeti splendidos fasces, decuit tanti nominis gloriam concupisci, nec aliquem omnino fas erat nominationibus reluctari, quas nec ratio
ƚ. 33 f. 7 prohibet et exempla confirmant. A vobis ergo praetores placuit desig|nari et vestro eligi arbitrio iussimus, qui susc[*ipiant*] fasces editionibus operam praebituri, nec ad notit[*iam nos*]tram praefective praetorio clarissimi viri super n[*omi*]nationibus ullis referri. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEB[*IO ET*] HYPATIO CONSS.

*R*

2 procunsule *R* ex uicario *Beck* 3 intra] infra *Iuretus* 5 uiiariae *R*ᵃ praedictos *R* | 10 n[om]inationibus] denominationibus *Gothofredus*, donationibus *Cuiacius*

---

I, 4, 16 (359 Dec. 30).

IDEM A. AD SENATVM. Praetori defertur haec iurisdic(tio san)cientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptato(r exa)minet ⸢adsertionibus ordinatis, quas iuxta ordinem iu[*ris*] convenit celebrari⸣. Sane interponi ab eo decreta co(nve)niet, ut, sive in integrum restitutio deferenda est, pro(batis) dumtaxat causis ab eodem ⸢ interponatur decret(um, seu) tutoris dandi seu ordinandi curatoris, impleatur (ab eo in)terpositio decretorum: quippe cum aput eum qu(oque adipis)ci debeat patronorum iudicio sedula servitus (libertatem), nec sane debita filiorum votis patrum vota ce(ssabunt,) ut patente copia liberos suos exuant pote(state), magis propriis obsequiis

IVST. 1, 39, 1
⸢adsertionibus — celebrari⸣ *om.*
⸢ etiam

1 praetoris *R* 4 decreta (*non* decretum) *R* 5 in *om. R* 7 seu ord.] se ord. *R* 8 debeat] *Iust.*, iubeat *R* 10 pacum *Iust.* | truum *R*

mancipatos, c(um sese) intellegant his obsequii plus debere, (a qui)bus sese meminerunt vinculis ⌜curiae⌝ exutos. DAT. III KAL. [IAN.] EVSEBIO ET HYPATIO CONSS. | ⌜sacris⌝

*R (uncis conprehensa expressa litteris rectis expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 1, 39, 1 *(cf. 7. 1, 4).*

1 obsequii plus] *Iust.*, obsequiis plus $R^b$, obequii pancipa plus $R^a$ 2 uiculis $R^a$ iii] *(priores, ui mihi apparuit) R,* ui *Iust. (Hal.)*

VI, 4, 17 (368? 370? Ian. 19).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Divinum parentem nostrum Constantinum sanxisse perspeximus, ut, quando vivo patre atque omnia cognoscente munera senatoria eundem nominatum praetorem diem functum esse proponeretur ac superstites viderentur esse filiae masculorum natura minime extante, nullam executionem haberent feminae. Igitur quando evenerit non solum masculos successores esse patri suo, verum etiam feminas hereditario iure succedentes advenire, tam praeturam quam etiam
q. 33 f. 7' oblationes, [*unive*]rsas personis earundem nullo modo concedas, | si[*ve*] plenae aetatis sive adultae constitutae fuerint. Sed [*iu*]xta portionem hereditariam singularum perso[*n*]arum adtributa paterna subire et ipsas conpellere [c]urabis. Etsi iniustum enim atque dedecus videtur muli[*er*]es ad laticlavum atque insignia procedere, tamen car**nariam praeturam iuxta glebam paternae subs[*t*]antiae cognoscere poterunt. DAT. XIIII KAL. FEB. IPSIS AA. CONSS.

*R*

1 parentum *R* 2 sancxisse *R* 3 unctum $R^a$ proponetur *R* 5 heberent *R* quando euenerit] *expectes* quoniam usu uenit successures *R* 10 car|**nariam *R*, carbonariam *Cuiacius*, charonariam *(contra legem syllabariam) Gothofredus: fortasse scr.* cardinariam

VI, 4, 18 (365 Iun. [?] 28).

[*IDEM AA.*] AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Legem divae memoriae Constan[*ti*]ni, qua editores munerum sive ludorum, si editionis [*te*]mpore abesse voluissent, condemnari pro dignitatis [*gra*]du certa tritici quantitate praecepti sunt, fixam at[*que in*]violabilem volumus permanere. Sinceritas tua igi[*tur abs*]que his, quibus liberum conmeatum clementia no[*stra*] concesserit, in omnes reliquos promulgatam [*legem extendat. DATA* .... ...] MED(IOLANO), [*AC*]C(EPTA) IIII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE AA. CONSS.

*R*

2 editores] editiones *R* 4 igi[tur abs]que *Gothofredus (non recte contendens id cum codicis vestigiis convenire)*, igi|*** i(*vel* u)bique *R*, igitur ubique *Cuiacius* 5 concessirit *R* 5/6 *inter* promulgatam *et* med **c. iiii kal. iul. *quaedam exciderunt; eiusdem constitutionis fragmento alteri 12, 1, 67 subscriptum est:* dat. iiii k. Iul. mediolano ualentiniano et ualente conss., *rectius omnino, cum praesertim pugnent inter se magistratus urbis Romae et subscriptio Constantinopolitana. Propter mensem vide ad 1, 6, 5*

VI, 4, 19 (372 Apr. 13)

[*IDEM AA. A*]D SENATVM. Satos de Frygiae gregibus equos quattuor subiugandos quadrigis, hoc est simul octo, duobus maximarum editionum praetoribus dari sancimus. DAT. ID. APRIL. ANTIOCHIAE MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

*R*

1 *addi debuit* Gratianus *ante* quattuor *una fere littera deest R* 3 anthiociae *R*

**4, 20** (372 Mai. 8)

IDEM AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Ineundi magistratus unum omnium diem praetoribus quattuor esse oportet, Ianuariarum scilicet kalendarum. Et si quis vel differendum vel contemnendum esse crediderit, non solum statum editionis pretium cogatur exsolvere, verum etiam multae quoque nomine dimidium extrinsecus pretii cogatur inferre. DAT. VIII ID. MAI. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

---

*R*

3 statum] statutum *Gothofredus* praetium *R*

---

**4, 21** (372 Aug. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TIA)NVS AAA. AD BAPPONEM P(RAEFECTVM) V(RBI).
33 f. 8 | Tempore, quo temonarii designantur, etiam so••••• nominatio celebretur fiatque conventio,
quam [*per of*]ficiales p(raefecti) u(rbi) curari oportet, ut, si ita res expetit, [*omissis*
*of*]ficiis provinciarum ad pervestigandum fide[*liore possis*] uti quam commodato. Ipsi
potissimum super [*de*]signatorum nominibus consulamur, quo missis [*viris*] strenuis obligatisque iudicibus non modo temona[*rii*], verum conplices quoque eorum in exhibitionem p[*ro*]prii muneris urgueantur. Fingamus enim pos[*se*] fieri, ut designati primo
et secundo vel tertio an[*no*] subterfugere inquirentium sollicitudinem po[*ssint*]; certe sep-
1 tem reliquis haut dubie poterunt rep[*periri*]. Denique, ut prius statuimus, eorum, qui
per ann[*os sin*]gulos ad candidatum atque honores certos no[*minan*]tur, in scientiam
2 nostram post designation[*em de*]bitam insinuatione fida vocabula deferant[*ur*. *Idem*] et
3 in subrogandis certis quibus in diem functor[*um lo*]cum ordo teneatur. Et licentia
inolita derogetur [*of*]ficiis, quae ex denuntiatione huiusmodi quaestum saepe secuta sunt.
4 Simul provinciales nostri aut animentur spe levioris inpensae, aut certe, si editionis suae
5 tempore conmunem patriam declinarint, metu congruae severitudinis urgueantur. Nec
sane excipimus eos, quos ad praesens labor publicus officiumve detentat, providentia
secutura, ut aut conventi a nobis in vicem propriam idoneos dirigant, aut ipsi, quia res
6 exigit, sumpto temporarie conmeatu Romam ire deproperent. Super provisione autem
senatus egregii atque consulto, quo definiri a nobis reverentissime depoposcit, ut duo vel
33 f. 8' | tres de his, qui nominantur candidati arcae, possint i[*n*] certo argenti pondere sociari, tunc
melius aesti[*ma*]re poterimus, cum duos folles aut quattuor aut certe [*am*]plius in professionem habebunt, quid sustinere in mu[*ne*]ribus possint aut debeant quive editionis
ordo sit. Cum enim [*sed*]ulo fuerit intimatum, conlata a nobis editionis neces[*si*]tate cum
subsidiis facultatum et professionis modo ri[*te*] poterit definiri, quid unusquisque expensae
7 pro captu virium [*deb*]eat sustinere. Sane eorum arbitrio nulla lege praescrib[*sim*]us,
qui pro consideratione patrimonii nataliumque me[*ri*]to secundum splendorem honoris proprii enormita[*te*]m inpendii non recusant. His enim providendum nos [*hac*] oratione censemus, qui non solum admonendi sunt, [*ne*] muneri suo desint, verum praescribtorum sumptuum [*v*]ilitate ac moderatione provocandi. DAT. XI KAL. SEPT. [*NA*]SONACI MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

---

*R*

2 so•••••| *R*, si *Cuiacius*, so[ciorum] *Vesme*, so[lita] *Seeck* 3 quam | [per of]|ficium *Vesme*, qnam officium *Cuiacius* 4 [remotis of] | ficiis *scripsi*, •officiis *Cuiacius* fide[liore possis] | uti *scripsi*, fide *Cuiacius* commodato] *scripsi*, commodatur *R* 5 consulamur] *Gothofredus*, consulamus *R* missis [uiris]] *scripsi*, missis i• (*vel* i•••) *R*, missis et *Cuiacius 1586*, missis illuc *Vesmius* 9 dubiae *R* 11 idem *proposuit Vesme* 12 quibus] *scr.* quibusque (*cf.* 6, 24, 5, 3) 13 inolita] *R*, molita *Cuiacius* 17 idoneos] *Gothofredus*, idoneas *R* 18 exegit *R* temporariae *R* 20 sociare $R^a$ 23 [sed]ulo *Vesme* 27 ratione *Cuiacius errore* 29 sempt *R*

VI, 4, 22 (373 Iun. 9).

[*IDEM AAA.*] AD SENATVM. Ante X annos cuiuslibet editionis prae[*to*]rem nominari et
intra quinque menses designatum iussimus conmoneri, ut aut editurus praestet adsensum
1 aut, si praeferet contrariam voluntatem, futuri examinis iudicium non moretur. Nam
intra septem menses adcelerandae cognitionis terminus constitutus dilationis licentiam
imperio fundatae definitionis excludit. Nec enim allegationibus cuiusquam ulla poterit
esse reparatio per ignaviam, si silentii pigrioris definitum tempus fuerit evolutum, si post-
2 habita taciturnitate serae voluerit merita defensionis ostendere. Decem vero auri libras
ab universo officio per singulas nominationes iubemus inferri, si designatus praetor intra
q. 34 f. 1 quinque menses nulla fuerit admonitione conventus: | ita ut cum praefecto urbi electi ex
ordine candid[*a*]to, cum allegationes suas praetor nominatus exp[*o*]nit, suscipiant officium,
audirique singulos cupim[*us*] patienter, et, si admittenda sunt quae dicuntur, ar[*bi*]trio
iustitiae vindicari, sin vero inanis probatur a[*sser*]tio, inprobas voces severioris sententiae
auctor[ita]te conpesci. Disceptandi ergo moderatio cuncta co[*n*]ponat; cesset potentia ac
similiter ambitionis patro[*ci*]nium repellatur; nullum inique temporibus nostris [*a*] quoquam
3 vel opprimi patimur vel defendi. Quo[*d si*] quisquam iudicum haec praecepta trans-
scenderi[*t*] vel novae praesumptionis insania, quae sunt san[*c*]tionibus consecrata, violarit,
ut hostis publicus at[*que*] expugnator utilitatis inventae contra senat[*us*] consulta inpor-
tuni furoris temeritate congredi[*atur*], et arbitrio nostro et vestro iudicio notam perpe-
[*trati*] criminis sortietur; similis culpae insimulatione [*plec*]tendis, qui cum eodem resi-
dentes propriae no[*bilita*]tis obliti adulantis gratiae turpissimam praet[*exe*]rint vilitatem.
Nec sane fas erit huiuscemodi reis veniam relaxari, qui per patrocinia iudicum distra-
hentes et senatus temptaverint infamare collegium et sub auctione vendiderint ius Ro-
4 manum. Nominatores autem praetorum iudices esse non patimur, qui, dum arbitrium
suum cupiunt adprobari, insolentius aliquid, quam moderatio patitur, sui contemplatione
5 decernunt. Si quem vero ex nominatis praetoribus pro huius auctoritate gravior con-
demnatio sauciaverit, ab editionis eum placet onere submoveri, duabus, videlicet existenti-
q. 34 f. 1' bus causis, quod vel erogationi idoneus | [*es*]se non valeat vel suscipere qui culpam meruit
non [*d*]ebeat dignitatem. Cavendum est autem, ne sub hac per[*m*]issione concessa etiam
illis, qui levi fuerint emen[*d*]atione correcti, huiusce patrocinii gratia deferatur, [*c*]um
his utique tantum debeat provideri, quos gravissimi dispendii mole fatigatos subitum
pondus obpressit. Quod si probabilis fuerit et iusta conquestio, relevatae necessitatis
gratiam consequatur. DAT. V ID. [*I*]VN. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

*R*

2 prestet *R* 3 praeferet] *scripsi*, referte *R* 6 si] *similiter Cuiacius, om. R* 6/7 post-habita taciturnitate] *Gothofredus*, posthabitam taciturnitatem *R* 9 conuentus] tus *latet hodie chartula superposita R* 10 exp(?)•|nit *R* 11 cupiant *Cuiacius* 12 seueriores *R* 14 mabitionis *R* 17 at[que]] aut *Cuiacius* 18 fororis *R* 19 [plec]tendis *scripsi*, [nec]-tendis *Cuiacius* 20 praet[exe]rint *Vesme*, praetulerint *priores* 21 iudicium *Gothofredus* 24 cupiant *Cuiacius* contemplatione] *Cuiacius*, contemptatione *R* 25 huius] huius sanctionis *Gothofredus explicans: videtur vocabulum excidisse* 26/27 extentibus *R*[a] 30 fatigato *R*

VI, 4, 23 (373 Iun. 9).

[*IDEM*] AAA. AD SENATVM. Ab illis editionis peti ordinem non debere iustitia pariter
et consuetudo declarat, qui consulares ac praetorios codicillos suo excellenti merito ac
nostro sunt beneficio consecuti. LECTA V ID. IVN. VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE IIII AA. CONSS.

*R*

3 ꝭ1 (*videtur fuisse* u) id. *R*, id. *Cuiacius*

, 4, 24 (376 Mai. 30).

[*IMP*]PP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. [*N*]e quis praetorum semel praestitutae expensionis transeat modum; sed nec officiis aliqu id largiatur. DAT. III KAL. IVN. ANTIOCHIAE VAL(ENT)E V ET VAL(ENTINI)ANO IVNIORE AA. CONSS.

*R*

2 nec] *Gothofredus*, ne *R*

---

I, 4, 25 (384 Oct. 23).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SENATVM. Praetores quattuor vobis tot addimus, quot fuerunt. Prima igitur, patres conscribti, Constantiniani et Constantiani nominis est praetura; Theodosianum enim et Arcadia num praetores primis praetoribus addidistis. Veteres triumphalem praetorem bellicae felicitatis causa reppererunt; nos iniunximus Augustalem. His omnibus honorum insignibus Romani
1 nominis praetura sociatur; huic sociavimus laureatum. Constantiniana et Constantiana praetura per duos danda libris argenti mille, Theodosiana vero et [Arcadiana item libris]
34 f. 2 argenti mille, triumphalis vero et Augus|talis libris argenti quadringentis et quinquaginta, Romana vero et laureata libris argenti ducentis et quinquagin ta peragantur, ita tamen, ut ad unamquamque praeturam convenien[*tis*] summae medietas a singulis, ut iam diximus, con[*fe*]ratur ac bini posthac incipiant agnoscere, quod s[*in*]guli antea transigebant. DAT. X KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*R*

2 quod *R* consconscribti *R*ᵃ 3 *post* praetura *videntur excidisse talia:* itemque Theodosiani et Arcadiani arcanianum *R*¹ *vel R*ᵃ 4 ueteris *R* 5 reppererint *R* iniuncximus *R* honorum] *Gothofredus*, bonorum *R* 7 Arcadiana item libris *om. R* 11 anthea *R* 12 clearcho] *R*ᵇ, clearcoo *R*ᵃ

---

I, 4, 26 (393 Febr. 27).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). [*No*]minandorum praetorum sollicitudinem inl(ustris) m[*ag*]nificentia tua ad officium censuale sciat esse re[*vo*]candam. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO AVG. [*III*] ET ABVNDANTIO VIRO CLARISSIMO CONSS.

*R*

1 auriliano *R*

---

I, 4, 27 (395 Nov. 1).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctos qu[*aes*]tores et praetores, qui in agris degunt, susce[*ptum*] et promissum munus pro notitia officii cen[*sua*]lis pro eorum dignitate, vel quod spontanea [*volun*]tate professi sunt, dare praecepimus. DAT. KAL. N[*OV.*] BRIXIAE OLYBRIO ET PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

*R*

4 *Dextro cum Eusebius successisse videatur, aut hic dies falsus est aut alter 15, 14, 12*

---

VI, 4, 28 (396 Dec. 23).

IDEM AA. SIMPLICIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Qui ducatum administrarunt, ad editionem vel nominationem praeturae pertineant praeter eos, qui gravissimam armatae militiae sollicitudinem longa temporum serie pertulerunt et eos, qui sacri consistorii nostri arcanis interesse meruerunt. Hos enim a praeturae munere alienos esse censemus. DAT. X KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AVGG. CONSS.

*R*

1 ppo] *immo* mag. mil.

VI, 4, 29 (396 Dec. 29).

IDEM AA. . . . . . P(RAEFECTO) V(RBI). Nuper quidem huiusmodi praecesserat sanctio principalis, ut theatralis per praetores facienda depensio in aquaeductus fabricam ver-
q. 34 f. 2' teretur; | nunc vero iusta moderatione facias custodiri, ut praetores Romanus et laureatus natalibus nostri numinis scaenicas populo praebeant voluptates. [*D*]AT. IIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

1 *magistratus nomen om. in sp. vac. R; fuit aut* Africanus *aut* Claudius processerat *Gothofredus*

VI, 4, 30 (396 [?] Dec. 31).

[*IDEM*] AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex quinque praetoribus, qui aquaeduc[*t*]ui Theodosiaco fuerant deputati, unum, qui centum librarum argenti munificentiam suam definita eroga[*ti*]one praecludit, aeterni principis ac fratris mei Hono[*r*]ii natalium festivitatibus praecipio deputari. DAT. PRID. KAL. IAN. C(ON)STANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

1/2 aquaeduc|*us *R* 2 onum *R* 4/5 *subscriptio parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

VI, 4, 31 (397 Apr. 15).

[*IDEM A*]A. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Neminem editorum, quos votivi sumptus designarit electio, responsum nostrae tranquillitatis solvat, sed designationum [*o*]rdo servetur. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAE[*S*]ARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

2 tranquillitates *R*

VI, 4, 32 (397 Iun. 26).

[*IDEM A*]A. . . . . . . . Praetor divini numinis nostri pro his prae[*to*]ribus, qui primae editioni fuerant adtributi, praebe[*a*]t populo voluptates. DAT. VI KAL. IVL. NICOMEDIA, ACC. PRID. KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

1 *nomen magistratus om. in sp. vac. R* 2 editioni] *Gothofredus,* editionis *R*

VI, 4, 33 (a. 398? . . .).

IDEM AA. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Praetores, qui loco primo sunt, trecentas lib(ras) argenti in explicando munere non cogantur excedere: hi vero, qui primos sequuntur, centum quinquaginta lib(ras) argenti depensuros esse cognoscant: at vero hi, qui loco tertio numerantur, centum lib(ras) argenti dependant nec cuiquam profundendi licentia tribuatur. Quia vero theatralibus et circensibus ludis per annos singulos celebrandis unus praetor nutu nostrae clementiae quingentarum librarum argenti nuper fuerat deputatus, nunc vero hanc quantitatem constat in prioribus praetoribus . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*R*

2 explecando *R* secuntur *R* 3 depensurus *R* esse] *scr.* esse se *vel cum Goth.* sese 5 cercensibus *R*[a] 7 *in* praetoribus *finit codicis R quaternionis XXXIIII folium secundum; tertium deficit* ('videntur hic deesse quadraginta quinque versus, quorum quisque continet quadraginta tres vel ad summum quadraginta sex litteras' *Pithoeus marg. F*[2]), *quo comprehendebantur litterae circiter 2800; ex quibus cum in hiatum hunc incidat ex folio Taurinensi constitutio prima habens litteras circiter 1250, paulo plures apparet intercidisse.*

ł, 34 (408 Iun. 12).

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . it praeiudicium fieri non patimur, cum his in se[*veri examin*]e iudicii constitutis, quod quidem actorum intra tem[*pus exhi*]bitorum tenore monstrabitur, occupatio amplis[*simi sen*]atus vel quaelibet ratio iudiciariae dilationis noce[*re neque*]at. Itaque hac amota formidine causa cuiusque pro suo me[*rito ven*]tiletur, ut si quid in huiusmodi causa iam de praeiudi[*cio tem*]poris ex sententia statuatur, firmum permaneat. In*****alis vero, nisi intra quinque menses nominatos admo[*nueri*]nt, intra septem etiam causas excusationis cognosci pro[*pere i*]nstanter monendo perfecerint, poenam lege divi Va[*lentis*] statutam inminere praecipimus. Et quia multis rei fami[*liaris*] angustiae in hac editione dilationem necessariam fa[*ciunt et*] triennii dilatio, quae lege hisdem concessa fuerat ob [*repar*]ationem nimirum muneris, exolevit, quia scilicet in [*curand*]o eo non tam longis ad reparationem spatiis indigent, [*curae ia*]m id magnitudinis tuae atque ordinis amplissimi dandum [*statu*]imus, ut consideratis allegationibus et fortunis ho[*minu*]m his, quibus merito deferri potest, biennii vel tri[*ennii*] aut etiam quinquennii, si res exegerit, indutiae praebean[*tur, q*]uod quidem necessitatis est vel etiam mediocrita[*tis so*]la[*ciu*]m, non voluntariae ac deliciosae voluptatis [*vacat*]io, ut copiosi etiam adfluentes divitiis iis indutiis [*perfru*]antur. DAT. PRID. ID. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) BASSO ET FILIPPO CONSS.

*T*

*Supplementa pleraque sunt Peyroni* 1 *in.* it *vel* ut *T* patimur] putemur *T* se[ueri examin]e *scripsi*, sei(*vel* u)**** | *****e *T*, se[ro examin]e *Peyron ad const. 22:* futuri examinis iudicium 2 tem|*****i(*vel* a)uitorum *T* tenorem *T* 5 exententia *T* in |*****alis *T;* in officiales *Peyron, sed imminendi vocabulum dativum requirit* 6/7 excusationes *T* 7/8 statuata *T* 8 multi *T* 9 lege] *Peyron*, lice *potius quam* lige *T* 10 exolebit *T* 11 [curae ia]m] *****m(*vel* o) *T* magnitudis *T* 13 quinquennii] quinnii *T* re exigerit *T* 14 uoluntaria *malim* 15 deleciosae *T* hiis *T*

.34 ł. 4

## V. [= BREV. I]. VT DIGNITATVM ORDO SERVET(VR).

dignitatum] in a dignitate *C*, indignitatum *P*¹*M*, dictatum $G^t$. — *rubricae omnes evanuerunt in T* — *Iust.* 12, 8.

VI, 5, 1 [= BREV. VI, 1, 1] (383 [?] Dec. [?] 29).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(EN)TINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. (AD CLEAR)CHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nihil est tam iniuriosum in co(nser)vandis et custodiendis gradibus dignitatu(m) quam usurpationis ambitio. Perit enim om(nis) praerogativa meritorum, si absque respectu (et con)templatione vel qualitate etiam provect(ionis e)meritae custodiendi honoris locus praes(umitur) potius quam tenetur, ut aut potioribus eripia(tur) id quod est debitum, aut inferioribus prosit q(uod) videtur indebitum. DAT. IIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) (MERO)BAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Nemo sibi honores vel dignitatem, quam a principe non meruit, praesumat, quia, sicut eis qui meruerunt dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt qui praesumunt.

*R [comprehensa uncis deficiunt] T [deficiunt quaedam, quorum quae ad crisin faciunt in apparatu indicantur].* — BREV. (*HNBGO[om. int.]ECPMLS*).

1 grat. ual.] ual. grat. theod. *O*, grat. et theod. ual. *G* clearum *G* 1/2 $\overline{pu}$] *RT*, praefectum *H*, $\overline{pf}$ *C*, $\overline{ppm}$ *E*, $\overline{ppu}$ $G^a$, $\overline{po}$ *PM*, $\overline{ppo}$ $NBG^b$, praepositum *OS*, *def. L* 2 co[nser]uantdis $R^a$ 3 ambito *vel* ambitu *T* perot *(sic) P* omnis] *brev. (om. N)*, om*** *RT* eritorum $E^a$ 4 et] ut $L^a$ contemplatione] cunc|****tione *T* etiam *om. O* prouectiones *L* emeritate *C*, merito *O* custudiendi *R* 5 praesumitur] *TH NBGOES*, praesumetur *CPML* poscius *G* quod] id quod *G* 6/7 dat. iiii k. ian *(sic RTH* [iun. *ed.;* 'ianuarias *potius quam* iunias' *Violet*] *NBGOECPMS*, iun. *edd. ex emendatione)* constantinopoli (-lim *H*) mer. ii (iii *NG*, *om. BO*) et sat. *libri: videtur erratum esse aut in dignitate aut in anno* 8 honoris *NE*, honorem *BG* uel] uei *N*, et *H* non] ipsa non *B(?)* meruerit *edd.* 9 merentur *H* ornamento *NCPML* est *om. S* maculandi] mutulandi *PM* 9/10 presumant *E*

VI, 5, 2 [= BREV. VI, 1, 2] (384 Mai. 21).

IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Caelestis reco(rdati)onis Valentinianus genitor numinis nos(tri sin)gulis quibusque dignitatibus certum locum me(ritum)que praescribsit. || Si quis ˹igitur˺ indebitum sibi (locum) usurpaverit, nulla se ignoratione defen(dat sit)que plane sacrilegii reus, qui divina praecept(a neg)lexerit. DAT. XII KAL. IVN. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEA(R)CHO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

|| *inc.* IVST.
˹ ˺ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Si quis praesumpserit quam non meruit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. Hic de iure addendum, quae sit poena sacrilegii.

---

*R [comprehensa uncis deficiunt] T [deficiunt quaedam, quorum quae ad crisin faciunt indicantur in apparatu].* — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 12, 8, 1.

1 $\overline{aa}$ *R* praetextum *L* $\overline{ppo}$] *TNBG*[a] *L*, $\overline{po}$ *PM*, $\overline{pfp}$ *C*, $\overline{ppm}$ *E*, $\overline{ppu}$ *RG*[b], $\overline{pu}$ *H* caelestes *N*, celsitis *T* recurationis *N* 2 ualontiniani *B*, ualentianus *L*[a]*S*, *post* nostri *O* numinis] *RCPM*, nominis *THNBGOES* quibusque] quibusue *H*, quibus *S* 3 dignitatis *H* prescribsit *R*, praescribsi *T*, perscripsit *G* 4 nullo *N* se] rei *C* 5 ignorantia *G* plane] ***na *T* qui] ne qui *N* neglixerit *T* 5/6 dat. xii k. iun. (ian. *G*, iulias *H*) med. (me *T*) richomere (ricomere *RHBO*, richum *T*, riccomere *E*, riccomero *B*, ricumero *G*, ricimere *CPMS*, riccimere *N*) et clearcho *(sic RT*, clearco *plerique*, cliarco *N)* uiris clar. *(sic R, om. reliqui) libri* 7 meruerit *PML* sacrilegiis *L* 8 hic *(om. E)* de (in *E*) iure (his *S*) addendum (*ante* iure *E*[t], requirendum *E*[v]) quae sit poena sacrilegii (s. p. *E*) *ECP (div. char.) MLS, om. HNBG*

q. 34 f. 4' |

# (VI. D)E CONSVLIBVS, PRAEFECTIS, MAGIS(T)RIS MILITVM ET PATRICIIS.

*Iust.* 12, 3 de consulibus et non spargendis ab his pecuniis et de praefectis et magistris militum et patriciis.

VI, 6, 1 (382 Apr. 1).

(IMPPP.) GRA(TIA)NVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). (U)niversa culmina dignitatum consulatui cedere (e)videnti auctoritate decernimus. Sed ut consulatus (ant)eponendus est omnibus fastigiis dignitatum, in (om)ni etiam curiae senatoriae actu sententia coe(tu), si quis consulatu et praefectura vel culmine mi(lit)ari conspicuus est, pridem consulari praeferen(dus) haud dubio est. Porro si contigerit, ut ad duas has (pra)erogativas etiam patriciatus splendor addatur, [*quis*] dubitet huiusmodi virum praeter ceteros emine(re? N)eque enim unus tantum honor potest duobus aut (plu)ribus anteferri, dummodo consulatui ex his, quae (de)signatae sunt, dignitas quaecumque societur. DAT. (KAL.) APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO $\overline{VV}$. $\overline{CC}$. CONSS.

---

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R expressa litteris rectis].*

1/2 $\overline{pu}$] *leges habemus septem a. 382 datae ad Severum praefectum, quarum quinque* (6, 6, 1 — 8, 9, 2 — 12, 12, 8 — 14, 6, 4 — 14, 18, 1) *inscriptae sunt* pu, *duae* (7, 18, 6 — 8, 4, 13) $\overline{ppo}$; *ex septem una* 14, 6, 4 *propter argumentum pertineat necesse est ad magistratum urbanum; alia* 7, 18, 6 *ei non convenit utpote proposita Karthagine et argumentum quoque et huius et alterius* 8, 4, 13 *ab eo abhorret. Dies idem fere est in quattuor earum* 6, 6, 1 — 7, 18, 6 — 8, 4, 13 — 14, 6, 4. *Quid statuendum sit, ignoratur.* 1 seuerum] *T*, senatum *R* 2 culmena *R*[a] 3 fastigus *R* 4 actu] *R*, **tui *T* sententiae coeta *(sic) T*, sententia coe|**a (coetu ita *Cuiacius*) *R*: *quod dedi, incertum est, cum in* a *littera duo libri consentiant* consultu *R*[a] 5 haud] aut *RT* dubius *T* 6 etiam] et tam *potius quam* etiam *T* patriciatu *R* addatu******|bitet *T*, addatur| ****dutet *(sic) R* 8 anteferi *R*, a******|ri *T* 9 sya|**** *T*, srio*(sic) R* uucc *videtur afuisse a T*

14 f. 5

## |VII. DE PRAEFECTIS PRAETORIO SIVE VRBIS ET MAGISTRIS MILITVM.

*Iust.* 12, 4 de pr. pr. sive u. et m. m. in dignitatibus exaequandis.

, 7, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. A(D AM)PELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Praef(ectos) urbi, p(raefectos) p(raetori)o, magistros equitum (ac) peditum indiscretae ducimus dignitatis, usque a(deo) videlicet, ut, cum ad privatam secesserint vitam, (eum) loco velimus esse potiorem, qui alios promot(ionis) tempore et codicillorum adeptione praecesseri(t. || Quo)circa expressum ordinem dignitatum illic |potiss(imum) volumus custodiri, ubi intra secretaria extraor(di)nariosque conventus subest ratio visendi salutan(di)ve iudicis. Ceterum in amplissimo curiae nostrae (legi)timoque consessu digestae ordinationibus prisc(is) [*obti*]neant dignitates. DAT. III NON. IVL. NASONACI, ACC. I[*II NON.*] SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

|| *fin.* IVST.

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa].* — IVST. 12, 4, 1.

2 praef urbi *R*, praefectum urbis *Iust.*, praefe••••••|bis *T* ppo] praefectus praetorio *T* 3 secesserit *R* loco] *R*, locum *T* 4 esse potiorem qui alios promotionis (*sic Iust.*, promot•••• *R*) t. et c. adeptione] es••••••|one (*mediis omissis*) *T* 4/5 praecesserit] *Iust.*, praecesserint *T*, praecesseri••• *R* 5 expraessum *T* dignitatum] *Gothofredus*, ciuitatum *R*, ••••••tum *T* 6 conuetus *T*ᵃ 7 iudices *R* legitimoque] *T*, [in]timoque *Cuiacius* consensu *T* 8 ordinationibus] *T*, aod(d *ex* t)inationibus *R* prisc••••|neant *R*, priscis ••••••|ant *T* dignitatis *T* nasonnaci *T* 8/9 acc. iii non. sept.] *sic 6, 9, 1. 6, 11, 1;* acc I•••••| sept. *R*, accepta •••••• | sept. *T*

VI, 7, 2 (380 Iun. 24).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RESTVT(O P(RAEFECTO) V(RBI).) Quisquis magisterium equitum peditumque suscep(erit) et gesserit ante captam a quoquam praefecturam, (is), cum privatus erit ⌜honoremve⌝ deposuerit, ex-praefe(c)tis qui ⌜post⌝ provecti fuerint praeferatur. Sit igitur sedes prior ante provectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. ET CETERA. DAT. VIII KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRA(TI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

⌜et honorem⌝ IVST.
⌜post⌝ *om.* IVST.

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa].* — IVST. 12, 4, 2.

1 restuto] *RT* 2 ac peditumque *T* uscep[erit] *R*ᵃ et gesserit] *R Iust.*, *om. T* 4 post *R*, *om. T Iust.* fuerit *T* sedis *RT* 5 conspectior] *R Iust.*, prospectior *T* 6 iul.] iun. *iuncta 6, 9, 2* thessallo••• *T*, thesall. *R*

9. 34 f. 5'

## |(VIII.) DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI.

*Iust.* 12, 5 de pr. s. c. et de omnibus cubiculariis et privilegiis eorum.

VI, 8, 1 (422 Nov. 6).

(IMPP.) HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). ⌜Qui sa(cri) cubiculi nostri fuere praepositi vel nunc esse (co)eperunt vel quos postea sors ad adscendendi huius (gr)adum fastigii devocarit⌝, ea dignitate fungantur, (qu)a sunt praediti, qui eminen-

⌜Sacri cubiculi praepositi⌝ IVST.

2 sacris *T* 3 sors ad ascendenti *R*, ••••••|cendi *T*

tissimam praetorianam (ve)l urbanam meruerint praefecturam aut certe mili(ta)rem magisteriam potestatem, ita ut sit inter eos post (de)positas administrationes nulla discretio, sive nostrae (se)renitatis adoraturi admittuntur imperium sive (p)ro suo arbitrio sollemnes festivitates et coetus vel sal(u)tationes vel quaelibet alia officia frequentent, ut in (se)dibus et consessu is eis ordo servetur, quem ordo pro(ve)ctionis ostenderit, sub habitu ipsis videlicet consue(to, c)um manifeste decretum sit eum esse qui praeces(se)rit potiorem, vel illum subsequi, quem recentius pro(bav)it examen. || Sed ut nos ||*fin.* IVST. ad hanc promulgationem Ma(c)robi viri inl(ustris) merita provocarunt, ita observationem quoque legis ab eius volumus sumere provectione auspicium, ut, qui ante ipsum fuerunt, sub hac condicione praestituto honore laetentur, ut non suae promotionis tempora ad legis usurpationem revolvant nec praeferri se postulent his, qui praetorianam vel urbanam praefecturam vel militare magisterium post eorum provectionem sortiti sunt, sed perinde habeantur, ac si nunc coeperint, et in eodem ordine permanentes, in quo nunc eos liberalitas nostra constituit, provectionis viri inl(ustris) Macrobii tempora metiantur, ut ex huius administrationis exordio, prout quisque provectus est vel fuerit provehendus, suae locum vindicet dignitatis. DAT. VIII ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI), HON(ORIO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

---

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa].* — IVST. 12, 5, 1.

1 uel (**l *R*) urbanam] *R Iust.*, *def. T* 2 sit] si *T* administrationis *R* 4 festiuitatis *T* salutatione *T* 5 sedibus] *Iust.*, **dibus *R*, ***ibus *T* et] et in *Iust.* is eis] *R*, is *T*, eis *Iust.* 6 cum] *am *R* manefeste *R* 7 illum] *R*, ***ud *T* probabit *T*, pro|***it *R* 8 inl] *R*, inlustris *T* 9 prouectione] *Gothofredus*, prouectionis *RT* auspicuus *T* 10 prestituto *R*, praestito *T* 11 usurpatione $T^b$, ususpatione $T^a$ proferri *T* his] *T*, hii *R* 12 [milita]rem *T* 13 ac] hac *T* 14 uiri $R^b$, uir $R^a$ inl] *R*, inlustris *T* metiantur] *T*, metiant *R* 15 prouehendus] *T*, prohendus *R*

## q. 34 f. 6 |VIIII. DE QVAESTORIBVS, MAGISTRIS OFFICIO(RVM), COMITE SACRARVM LARGITIONVM ET R(ERVM) [P(RIVATARVM)].

*Iust.* 12, 6 d. q. m. o. comitibus s. l. et rei privatae.

VI, 9, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD (AMPE)LIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Eorum honores, qui sacrario n(os)tro explorata sedulitate oboediunt, hac volumus o(bser)vatione distingui, ut quaestor atque officiorum m(agis)ter nec non duo largitionum comites proconsula(rium) honoribus praeferantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. N(ASO)NACI, ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

---

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R omnia].*

3 hac] *R*, hoc *T* adque *RT* 4/5 dat. *om. T* 5 n****|naci *R*, nason|**** *T* acc. iii non.] *R*, *cc. u non. *T*

---

VI, 9, 2 (380 Mai. 25).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RESTVTO P(RAEFECTO) V(RBI). P(OST) ALIA: Qui exquaesturae honore aut efficaci magis(te)rio aut comitiva utriusque aerarii nostri attonito sp(len)dore viguerunt, adclamatione excipiantur solita, n(ec) praetereantur ut incogniti || atque, ut non aequand(i il)lis, qui gesserint praefecturas, sed ||*fin.* IVST.

---

1 restuto] *R*, restituto *T* pu] *R Iust.*, ppo *T* 2 efficaci] *scr.* officiorum magis[te]ri *R* 3 adtonito *T*, atconito *R* uiguerint *T* adclamationem *T* 4 incognito *T* adque *T* aequand***|lis *R*, ae******i illis *T* sed *delendum*

eo observentur c[*ul*]tu omni coetu omnique conventu. Neque enim inpar est (ra)tio meriti,
1 etiamsi intervenit dilatio ulla. Quoniam cohaerent is dignitatibus, quae isdem iure debentur, intersit aliquid inter tempora magistratuum vitamque privatam; actus depositi dignitas pares eos viros praestet atque honore consimiles. Quid enim in his quattuor dignitatibus non ex congrua diversitate putemus esse conmune? Quod cum ita sit, hos viros haberi volumus, non ut qui meruerint tantum, sed quasi qui gesserint praefecturas, cum non privilegiis temporis praeferantur, sed honoris aequalitate laetentur. DAT. VIII KAL. IVN. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa].* — IVST. 12, 6. 1.

1 cultu] c**to *R*, *def. T* coetu] $R^b$ *T*, coet $R^a$ inpar] *T*, par *R* 2 coherent *R*, coerint *T* hisdem *RT* 3 actus] *R*, ac $T^b$, *om.* $T^a$ 4 praestitatque *T*, praestatque *R* 6 ueros *T* | qui meruerint tantum sed] *R*, quicumque fuerint tantum ut *T* gesserit *R* 7 uiii] *R*, uii *T* 8 iun.] iul. *iuncta* 6, 7, 2 thessallonicae *R*, thess̄ *T*

## |(X. D)E PRIMICERIO ET NOTARIIS.

ɥ. 34 f. 6'

*Iust.* 12, 7 de pr. et secundicerio et notariis.

VI, 10, 1 (380 Iun. 16[?]).

(IMPP.) GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO (P(RAEFECTO) P(RAETORI)O). Praecipua est nostrae pietatis intentio circa no(tari)orum nomen, atque ideo, si umquam huius ordinis (vi)ri laborem quiete mutaverint vel senectute po(s)uerint seu cum alia dignitate post hanc qualibet usi (su)nt, non omittant prioris vocabulum militiae, sed con(pe)ndium sequentis honoris adsumant. Et si quis ex o f(fi)cio vel praecipue sublimitatis tuae temerarius (ad) census discussiones peraequationes, aliam denique (u)llam rem inquietator extiterit, officium suum norit vel levis culpae offensione detecta gravis mul(t)ae discrimine fatigandum et numerariorum corpus (e)xtincto iniuriae auctore minuendum. DAT. XVII KAL. (I)VL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa].* — IVST. 12, 7, 1.

2 na[tari]orum *(sic) R* 2/3 si umquam] *R*, si umquam si *T* 3 mutauerint] *Iust.*, mutuauerint *R*, *deficit T* post] ******|suerint *T* 5 praecipuae *RT* 6 ad] *Iust.*, ac *T*, *n *R* 6/7 rem inquietator] *R Iust.*, rei iniquitator *T* | 7 exteterit *R* norit] *RT*, nouerit *Iust.* offensionis *T* 8 diserimine *R* extincto] *Iust.*, *xtincto *R*, ******|tum *T* 9 dat. xuii *(sic RT, xu iunctae)* k. iul. thessall. *(sic R*, t****** *T*) grat. u *(om.* $R^a$*)* et th. i aa. *libri*

VI, 10, 2 (381 Mart. 29).

(IDEM A)AA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Notariorum primicerios, si, prout eorum voluntas fuerit, de consistorio nostro sine administratione discesserint, non solum vicariis anteponi, sed etiam proconsulibus aequari sancimus, ita ut nihil nisi tempus intersit. Eodem honore atque eodem ordine sequens primicerium tribunus ac notarius perfruetur. Alios porro notarios et tribunos vicariis iubemus aequari ac, si priores id vocari coeperint, anteferri. At vero domesticos et notarios consularibus simili ratione conponimus. ET CETERA. DAT. IIII KAL. APRIL., ACC. XII KAL. MAII SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

*R (uncis comprehensa deficiunt) T (inde explentur quae deficiunt in R).*

1 aa. *T* 2 discesserit *T* 4 notarius] notarios *T* 5 uicarios *T* 6 at] ad *RT* | notario *T* 7 iiii] *R cum legibus iungendis*, iii *T* apil *R* 7/8 uiris clar. *om. T*

VI, 10, 3 (381 Dec. 13).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Notariorum primicerium in numero pro-q. 34 f. 7 consulum habemus, tamquam comitis ei sem|per fasces cum curulibus dederimus. Praetoria(nos non) longe ab hoc abducimus, ut qui ad tribunatum nom(inis) huius accesserint, Orientis sive Aegypti comi(tivae) videantur infulas consecuti. Tribunos residu(i nomi)nis nemo dubitet vicariis exaequandos et praef(eren)dos his, quos adepti honoris praecesserint; reliqu(os) vero, quos domesticum inter notarios et familiar[*es*] (no)bis nomen insinuat, parem gradum cum consularibus [*ob*]tinere sancimus. ET CETERA. DAT. ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) SYAGRIO ET E[*VCHERIO CONSS.*].

*B [uncis comprehensa deficiunt] T [finiens v. 7* cum consu; *inde explentur quae deficiunt in B litteris rectis expressa].*

1 numero] mu••• *T* 2 comitis] *T*, comites *B* ei] es *B*[a] curulibus] *T*, curialibus *B* 3 aducimus *B*[a] accerint *T* 4 egypti *T* | 5 exequandos *B* adepti honoris] *scr.* adepti honores *vel* adepti honoris tempore 6 familiar•• *B*, fam•••••• *T* 7 sncimus *B*[a]

VI, 10, 4 (425 Sept. 22).

IMPP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS. POS[*T ALIA*]: Qui ex primiceriis notariorum ad inl(ustrem) meruerint [*magis*]tri a vigiliis atque laboribus procedere summitatem, m[*ini*]me redigendi sunt in ordinem ceterorum, qui honorarios meruerint codicillos, quoniam et res ipsa, quod primum locum sint militiae nobilis adsecuti, et publica saepe impleta commoditas numquam otiosos fuisse testatur. ET CETERA. DAT. X KAL. OCT. TOPISO THEODOS[*IO*] A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

*B*

2 pos[t alia] eos qui *Cuiacius errore post* meruerint *vid. esse* ƆI‡ *in B* 3 sunt (sint *Cuiacius errore*) *B* 5 impletammoditas *B*[a] | otiosus *B*[a] *vel B*[1] 6 topiso] piso *iuncta 6, 22, 8; scr.* Topiro, *quod oppidum est Thraciae non longe a Philippis*

## XI. DE MAGISTRIS SCRINIORVM.

*Iust.* 12, 9.

VI, 11, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRA(TIA)NVS AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST AL[*IA*]: Magistros scriniorum nostrorum praeferri volumus vicariana[*e*] potestati. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. NASONACI, ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

*B*

q. 34 f. 7'

## |(XII.) DE COMITIBVS CONSISTORIANIS.

*Iust.* 12, 10.

VI, 12, 1 (399 [?] Sept. 25).

[*IMPP.*] ARCADIVS ET HONOR(IVS) AA. SEVERINO P(RAEFECTO) V(RBI). Comasii nos [*et*] Clearchi virorum spectabilium dignitas admonuit, ut || eos, qui tranquillitatis nostrae consis(t)orii dici comites meruerunt, ⌜proconsularibus⌝ aequari generaliter ⌜iuberemus⌝, || ut eorum emenso ordine ante omnes alios ipsi vindicent dignitatem. DAT. VII KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONSS.

|| *inc.* IVST. ⌜spectabilibus proconsulibus⌝ ⌜decernimus⌝ || *fin.*

*B.* — IVST. 12, 10, 1.

1 seueriano *Iust. (O)* 2/3 trnquillitatis *B*[a] 3 consistorii *Iust.*, consis•orii *B* 4 emenso] *Gothofredus*, menso *B* 5 uimdicent *B* | 6 *annum expectamus 398 collatis constitutionibus aliis ad eorum annorum praefectos urbi datis*

## [X]III. DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM.

scolarum *R*. — *Iust.* 12, 11.

, 13, 1 (413 Mart. 21).

[*I*]MPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Praepositos ac tribunos scholarum, qui et divinis epulis adhibentur et adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos ˹tribunus˺ etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitivam cum praepositura meruerint et casu ad altiora non pervenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti vel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecipimus. Sin absque honore comitivae ˹cuiuslibet scholae˺ regimen fuerint nancti, absolutos militia inter eos, qui duces fuerint provinciarum, numerari iubemus. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) LVCIO V̄. C̄. CONS.

IVST. ˹comites˺ ˹ ˺ *om.*

*R*. — IVST. 12, 11, 1.

2 tribunus *R*[a] *vel R*[1] qui et diuinis (deuinis *R*)] quietudinis *Iust.* 3 tribunus] *Gothofredus*, tribunos *R* tabuli *R* 4/5 meruerint] *R*[b] *Iust. (X)*, meruerunt *R*[a] *Iust. (KOI)* 7 praecepimus *R Iust. (O)* sin absque] in absque *R*, in aliisque *Iust. (KO)* scolae *R* 9 css. *R*

q. 34 f. 8

## XIIII. DE COMITIBVS REI MILITARIS.

*Iust.* 12, 12.

VI, 14, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPE[*LIO*] P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Qui contemplatione meritorum d(ucto) intra provincias transmarinas ˹strenuissime˺ m(ilite) primi ordinis comitivam fuerint consecuti, ea r(eve)rentia altissimarum dignitatum viris subiungan(tur), ut his locum praestent, qui proconsulatus insign(ibus) adornantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. NASONNACI M[*O*]DESTO ET ARINT(HEO) CONSS.

˹strenuissimo IVST.

*R (intra parentheses expressa litteris rectis expleta sunt ex Iust.)*. — GEMINA(?) 6, 22, 4. — IVST. 12, 12, 1.

1 et *om. R*[a] 4 subiungantur] *Iust.(I)*, subiugantur *R Iust.(K*, subiugatur *O)*

I, 14, 2 (397 Dec. 21).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Neminem militaris corporis virum r[*e*]vocari ad curiam liceat post primi ordinis comit[*ivam*,] dummodo tam probata merita sudati diu laboris qu[*am*] fructum anteacti operis adsequatur. Ceterum si [*a*] quoquam haec fuerint sine usu prioris militiae ve[*l*] prima vel sola dedecorando ambitu turpiter impe[*tra*]ta, quia videntur in fraudem quaesita, non prode[*runt*.] Diutius tamen repeti non licebit, etiam cum secundi ordinis comitivam praemiis inpetrarit. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MEDI(OLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

3 qu[am] *mihi ut Cuiacio visum est esse in R*, ei[us] *Vesmio* 6 cum] *Cuiacius*, con *R*

I, 14, 3 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Eos, qui sub comitivae primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam vel provincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui vicem

inl(ustri)um virorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui praeter Aegyptum et Ponticam in aliis provinciis administraverint, adaequamus. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO VIRO CLARISSIMO CONS.

*R.* — IVST. 12, 12, 2.

6 cons.] css. *R*

q. 34 f. 8'

## |[*XV.*] DE COMITIBVS, QVI INLVSTRIBVS AGENTIBVS ADSIDE[*NT*].

adside] *potius quam* adsede] *R*

VI, 15, 1 (413 Mart. 18).

[*I*]MPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD PRISCIAN(VM) P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: [*Ad*]sessores, qui cum primi ordinis comitiva virorum [*in*]l(ustri)um in actu positorum sive in provinciis sive in sacro [c]omitatu iuverunt consilia vel iuvabunt, inter eos, qui vica[*ri*]am praefecturam administrando meruerint, habe[*ri*] post militiam iubemus depositam, quoniam absur[*du*]m est primi ordinis comitiva decoratos inferiores [*ess*]e vicariis sedis excelsae, quorum crescit dignitas, [*cu*]m vicaria potestate comitis primi ordinis insigni[*bus d*]ecorentur. ET CETERA. DAT. XV KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO V̄. C̄. [*CONS.*].

*R*

1 priscian *R*  2 uiorum $R^a$  4 miruerint *R*  habere *Cuiacius*  7 xu] xii *leges iunctae*

q. 35 f. 1

## |[*XVI.*] DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII.

*Iust.* 12, 13.

VI, 16 1 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Archiatros intra palatium militantes si comitivae primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari praecipimus, sive iam pridem deposuerunt militiam sive postea deposuerint, ita ut inter vicarios et duces qui administraverint et hos qui comitivam primi ordinis meruerint nihil intersit nisi tempus, quo quis administraverit vel comitivae est indeptus insignia. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTIO)P(OLI) LVCIO V̄. C̄. CONS.

*R.* — IVST. 12, 13, 1.

2 nobilitauerint *Iust.*  5 quo] quod *R Iust. (I)*  indeptus est *Iust.*  6 conss. *R*

## XVII. DE COMITIBVS, QVI PROVINCIAS REGV(NT).

*Iust.* 12, 14.

VI, 17, 1 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST A[*LIA*]: Silentio non praeterimus || hos, qui in administr(atio)ne civili ac provinciae gubernaculis sub iurisdict(ionis) licentia comites quoque primi ordinis esse meruerint). ⌐Nam hos quoque¬ vicariae dignitatis post deposita(m) administrationem privilegiis frui oportet. ET C[*ETE*]RA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO V̄. C̄. CONS.

|| *inc.* IVST.

⌐ ¬ *om.* IVST.

*R (quae deficiunt litteris rectis expressa, explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 14, 1.

6 css. *R*

## XVIII. DE COMITIBVS VACANTIBVS.

18, 1 (412 Oct. 15).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Nullam [*ho*]norabiles viri in publicis salutationibus patiantur [*in*]iuriam neve se illis ullus anteponat, qui primi ordinis comitivam aut pretio impetravit aut gratia. Licet enim unum nomen sit, tamen est meritis aestimandum, eosque solos tempora observare conveniet, qui post probatos labores in nostro palatio comites esse meruerunt. Ac ne inpune ullius temeritas contra statutum nostrum possit audere, decem librarum auri officiis omnibusque, quos salutationis cura constringit, damnum praecipimus imminere. DAT. ID. OCT. RAVENNA HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*R*

3 praetio *R* 7 praecepimus *R*

15 f. 1' | [*XVIIII.*] DE CONSVLARIBVS ET PRAESIDIBVS.

19, 1 (400 Sept. 29).

[*IMP*]P. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, [*q*]ui consularitatis functi sunt dignitate, comi[*t*]ibus Italicianorum et Gallicianorum iure praeferimus, si quidem haud exiguus sit titulus meritorum [*r*]egere et gubernare provincias. DAT. III KAL. OCT. [*A*]QVILEIA STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. CONSS.

*R*

2 *immo* gallicanorum 3 haud] aut *R* 4 stilicone et auriliano *R*

## [XX.] DE COMITIBVS ORDINIS PRIMI ARTIVM DIVERSARVM.

20, 1 (413 Mart. 21).

[*IM*]PP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Hi, quos aut vulgaris artis cuiuslibet obsequium aut operis publici cura temporalis iniuncta aut rerum publicarum procuratio levis commissa adeo commendarit, ut comitivae primi ordinis dignitate donentur, sciant se inter eos qui consulares fuerint amoto officio quod susceperant nominandos, nisi forte emolumentis contenti, quae tempore militiae perceperunt, spreto nomine et dignitatem consularis viri duxerint respuendam, ne conlationis onus sustineant vel frequentare senatum aliosque huiuscemodi conventus, qui honoratorum frequentiam flagitant, conpellantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO V. C. CONS.

*R*

2 temporales *R* 3 primi] pri $R^a$ 6 nomine et] *scripsi*, nomine ac *R* 9 conss. *R*

q. 35 f. 2

## |XXI. DE PROFESSORIBVS, QVI IN VRBE CONSTA(NTINO)POLITANA DOCENTES EX LEGE MERVERIN(T COMITIVAM).

*Iust.* 12, 15, *unde suppletur.*

VI, 21, 1 (425 Mart. 15).

IMP. THEODOSIVS A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. THEOFILO P(RAEFECTO) V(RBI). ⌜(Gram)maticos Graecos Helladium et Syrianum, Lati(num) Theofilum, sofistas Martinum et Maximum (et iu)ris peritum Leontium placuit honorari codici[*llis*] comitivae ordinis primi iam nunc a nostra ma[*ies*]tate perceptis, ita ut eorum qui sunt ex vicariis [*dig*]nitate potiantur. Qua in re quicumque alii ad id do[*ctri*]nae genus, quod unusquisque profitetur, ordinati [*pro*]dentur, si laudabilem⌝ in se probis moribus vit(am) esse monstraverint, si docendi peritiam fac(undi)amque dicendi, interpretandi subtilitatem, cop(iam) disserendi se habere patefecerint et coetu amp(lis)simo iudicante digni fuerint aestimati, ⌜qui in me[*mo*]rato auditorio professorum fungantur officio, hi quoque⌝, cum ad viginti annos observatione iug(i) ac sedulo docendi labore pervenerint, ⌜isdem, quibus praedicti viri, dignitatibus perfruantur⌝. DAT. ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO AVG. XI ET VALENTINIANO CAESARE CONSS.

IVST.
⌜Grammaticos tam Graecos quam Latinos, sophistas et iuris peritos in hac regia urbe professionem suam exercentes et inter statutos connumeratos, si laudabilem⌝ *cet.*

⌜qui . . quoque⌝ *om.*

⌜placuit honorari et his qui sunt ex vicaria dignitate connumerari⌝

*R (intra parentheses rectis expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 15, 1.

7/8 ordinati [pro]dentur] *R cum suppl. Gothofredi,* ordini addentur *et* ordinabuntur *Pithoeus,* ordin . . . . . dentur *Cuiacius* 9/10 interpraetandi *R* 10 patefacerint *R* 12 hii *R* 14 hisdem *R*

q. 35 f. 2'

## |[*XXII.*] DE HONORARIIS CODICILLIS.

VI, 22, 1 (321 [immo 325/6] Ian. 23).

[*IMP. C*]ONSTANTINVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis iudicio nos[*tr*]o se adeptum codicillos adstruxerit et idem vel su[*pe*]rna codicillorum inpressio vel scribtura adstipuletur interior, tamen si ad hoc pecuniam constabit speratam, nihilominus reiectus in plebem, quo plus extorquere conatus est, abdicetur. Hos enim solos, qui intra [*p*]alatium versati sunt vel administrationibus functi, [*ad*] honores excipi oportebit ceteris cunctis exemptis et [*cu*]riis restitutis. Si qui tamen bonorum virorum suffra[*gio*] nulla data pecunia vel provinciae legatione suscep[*ta*] nostris sunt obtutibus inlustrati, hi duumviratus, curas, [*fla*]monium provinciae lucrati cetera munerum publi[c]orum obire non abnuant. Qui vero coemptis procurationum administrationibus post lucra de fisco captata vacationem meruerunt, sive perfectissimi sunt sive inter egregiorum ordinem locumque constiterint, decuriones nominentur. Quibus illi quoque addendi sunt, qui neque ex administrationibus sunt et tamen ut perfectissimi delitescunt. DAT. X KAL. FEB. SIRMIO, ACC. NON. APRIL. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*R*

4 solus *R* 6 [cu]riis] *R*, suis *Cuiacius* 8 [fla]monium *scripsi,* [testi]monium *priores* 9 coemtis *R* 10 inter] intra *Gothofredus* 12 delitiscunt *R* 13 *annus ponendus fuit 325 vel 326*

VI, 22, 2 (338 Nov. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. ACONIO VIC(ARI)O AFRICA(E). Ab honoribus mercandis per suffragia vel qualibet ambitione quaerendis certa multa prohibuit. Cui addimus, ut quicumque fugientes obsequia curiarum umbram et nomina adfectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa praeterea inlatione auri, qua perpetua lege constricti sunt. P(RO)P(OSITA) V KAL. DEC., ACC. XVII KAL. IAN. THAMVGADI VRSO ET POLEMIO CONSS.

---

*R.* — GEMINA 12, 1, 24 (*inde a* 2 quicumque *ad* 4 cogantur).

1 Aconio (*immo* Aconi) Catulino *gem.* 3 umbra (*sic*) et numina (*sic*) adfectauerint dignitatum *R*, adfectauerint adumbratae nomina dignitatis *gem.* *recte* *post* dignitatis *ins.* etsi eos spes falsi honoris illuserit *gem.* 4 praeterea] *Gothofredus*, praeterita *R* 5 pp] *requiritur* data ian.] iun. *R*; *emendavi ad geminam, in qua est* acc. Karthag. prid. id. Dec. Vrso et Polemio conss.

---

VI, 22, 3 (340 Iun. 28).

q. 35 f. 3 IDEM A. AD MARCELLINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cuncti, qui per suffragia prae|sidum aut rationalium adepti sunt dignitatem, [*a iu*]dicibus iniuncta protinus exsequi debent. Nam si s(aepe) de palatio serenitatis nostrae ad exactiones mi(ttun)tur neque his honor, in quo sunt positi, opem praeste(t uti)litate publica praevalente, tanto magis opor(tet) iussis obsequi, parere praeceptis, inservire (man)datis eos, qui dignitatis fructum, antequam (me)rerentur, adepti sunt, praesertim cum et statu(m) suarum noverint civitatum et nullius exaction(is) rationem ignorent. Illos autem ad huiusmodi o(ffi)cia minime devocari oportet, quicumque in re p(ubli)ca provinciarum adsecuti sunt debitas dignita(tes) et per administrationis seriem atque actus i(n sum)mo splendore versati sunt. DAT. IIII KAL. IVL. ACINDY(NO) ET PROCVLO CONSS.

---

*R [deficiunt uncis comprehensa] T [incipit* 2 protinus; *inde explentur quae deficiunt in R rectis litteris expressa].*

1 suffragia $R^a$ 2 [a iu]dicibus (a *om. Cuiacius*) *videtur fuisse in R* exequi *T* 3 serenitati *T* 4 prestet *R* utilitatem publicam *T* ualente $T^a$ tanto] *T*, quanto *R* 6 suarum] *R*, *om. T* 7 ratione ignore nullus *T* ad] ab *T* 8 re *om. T* 9 administrationes *T* sereiem *R* adque *T* 10 acyndi.. *R*, aquyndino *T*

---

VI, 22, 4 (372 Iun. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRAT(IAN)VS AAA. AMPELIO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Qui contemplatione meritorum honor(a)rios magisterii equitum adepti sunt codicillos, ea reverentia altissimarum dignitatum viris subiungantur, ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur. ET CETERA. DAT. IIII. NON. IVN. NASONNACI MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

---

*R (uncis comprehensa explentur ex T) T.* — GEMINA (?) 6, 14, 1.

3 uiris] *Gothofredus (cf. 6, 14, 1)*, uires *R*, dires *T* 4 *scr.* acc. iii non. iul. *ad iunctas* nasonnaci] *RT*

---

VI, 22, 5 (381 Mart. 29).

IMPPP. GRA(TIA)NVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Omnes, qui extra palatium constituti codicillis proconsularibus vel epistulis vicariorum vel insignibus consularium emendicatis atque adsimulaticiis vestiuntur, his, quos administratio vel militia provexit, volumus esse postpositos. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

---

*RT*

2 constituti] *R*, *om. T* 3 adque *RT* 4 prouixit *T* 5 uiris clar. *om. T*

VI, 22, 6 (381 Dec. 13),

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Officiis publicis atque militiae
q. 35 f. 3' | (m)uneribus expertes, quos habent secretae quietis um(b)racula, quibus honorum omnium species suffragio (e)st magis parta quam merito, inter se potius volumus de tempore agitare discrimen quam cum his ulla usurpatione coniungere, quos non adumbratis honoribus, sed in actu positis inmortalitati coniunximus. DAT. ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*R [def. uncis comprehensa] T [plene].*

1 adque *T* miliae *R* 2 quietis] quis *T* 3 merito] $RT^{b}$, meritorum omnium $T^{a}$ poltius $T^{a}$ 5 positis immoralitate coniunximus *T*, positi sint mortalita[t]e coniuximus *R*

VI, 22, 7 (383 Mai. 29).

(IDEM) AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In honoribus hunc ordinem volumus custodiri, ne singulorum quorumque codicillariae dignitates his, qui insignia administrationis gesserint, praeferantur, scilicet ut, quoniam sublimis apicem praefecturae ordo proconsularium sequitur dignitatum, quisquis vicariae potestatis administratione perfunctus ex praefectis impetraverit codicillos, intellegat sibi omnimodis non usurpandum, ut inter eos, qui gestae gaudent amplitudine praefecturae, ordinem salutationis officiumque praesumat, sed inter proconsulares viros, qui tamen eiusdem potestatis securem meruerint fascesque susceperint, in publicis officiis rite praebendum locum sibi patere cognoscat, his tamen anteferendum se, qui impetratis forte proconsularibus codicillis absque administrationis privilegio imaginarias tantum atque honorarias meruerint dignitates. Et
1 id quidem circa illos censemus esse servandum, qui vicarias gesserint potestates. Ceterum quisquis ex numero ordinariarum potestatum, seu consularis administrationis seu nominis praesidalis, ex praefectis aut etiam ex proconsulibus honorarios impetraverit
q. 35 f. 4 codicillos, praestitutum in de|ferendis obsequiis ordinem post eos sibi inte(lle)gat esse servandum, qui administrando vica(rias) gesserint potestates; hac tamen, quantum ad or(di)nariarum potestatum spectat meritum, discre(ti)one servata, ut his, qui praesidalis adminis(tra)tionis gesserint dignitates, seu epistulas ex vic(ari)is sive ex proconsulibus seu, quod adpeti intempe(sti)vius solet, ex praefectis meruerint codicillos, c(es)sante omni ambitionis studio, debeat anteferr(i, qui) perfunctae privilegio administrationis susc(eptas)
2 in provinciis consularitatis gesserit dignitates. M(e)mor quisque tamen honorum, memor quisque merit(orum) ex his, qui qualibet administratione perfuncti s(unt), cum gradum honorariae aditionis petat, quem p(ro)ximiore confinio loco ordinis sui cognoscit esse contiguum. Quod si quis neglexerit ordinem con(s)titutum vel amplius in hisdem honorariis dign(i)tatibus usurpandum inpetrandumque crediderit, qua(m) proprii loci ratio et forma permittit, sciat se non solum eo, quod contra legem impetraverit, esse privandum, sed viginti quoque auri lib(ris) multandum. DAT. IIII KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*R (quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T) T*

2 codicellariae dignitatis *T* 3 praefecturantur *T* sublimes *T* praefecture *T* 4/5 administratione (-nis $R^{a}$) perf. ex praefectis *om. T* 5 sibi] si *T* 6 ordinem] $RT^{a}$, odinem $T^{b}$ *(sic)* 6/7 praesumat] *Beck*, praesumant *R* *expectes* secures 8 praeuendum *T* cognoscat] $R^{b}$, cognoscant $R^{a}$, cognost *T* 10 adque *T* 12 potestatem *T* 14 ordine *T* esse *om. T* 15 gesserit *T* 16 praesidalis] $T^{b}$, praesidalibus $T^{a}$, primasidalis *R* 17 dignitatis *T* 18 intempestatiuius *T*, intempe[sti]uis *R* 19 administrationes *T* susceptas] *T*, susceptae *Cuiacius* 20 proinciis $R^{a}$ co.solaritatis g. dignitatis *T* 20/21 tamen hon. memor quisque *om. T* 21 administrationi $R^{a}$, administrationes *T* 22 quem] *R*, quod *T* 23 neclexerit *R* hisdem] *RT* 24 dign[i]tatius *R* 25 se] *R*, ei *T* petrauerit $R^{1}$ 25/26 sed ... multandum *om. T* 26 iun.] *T cum* 6, 5, 1, ian. *R* constantinopoli] ϽSP *R*

22, 8 (425 Sept. 22).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Lege avita probatum est, si quis per gradus suo ordini conpetentes impetratis honorariis codicillis ad summum praefecturae pervenisset usque fastigium, non praerogativa temporis uteretur nec adversus eum, qui indeptus insignia magistratus re ipsa quod meruisset in-
f. 4' plesset, quia intervallo fuisset forte praegressus aut praevenisset ima|(gi)nario eandem, quam ille actu inlustravit, apice (di)gnitatem, sibi crederet adrogandum, sed modis (o)mnibus sciret se in officiis publicis ei postferendum, qui eundem locum positus in potestate gessisset. [*H*]oc nos quoque volumus custodiri, ne quis sibi adpetat, sive imaginarios sive inter agentes codicillos acceperit, ut ei qui egerit ratione temporis prae-
1 feratur. Quin et de consistorianis comitibus hoc nobis universi placere cognoscant, ut his, qui vel absentes sunt facti vel testimonialibus tantum adepti sunt dignitatem, praecedant qui admitti intra consistorii arcanum meruerunt et actibus interesse et nostra adire responsa, praeterquam si de aliquibus professionum et militiae meritis scriniorumque sacrorum emensis sudoribus lege specialiter est statutum, quod et avi nostri sanctio promulgavit et nostra mansuetudo constituit. Ita ut omnibus conventibus, officiis atque consessibus legem executioni tradi tua celsitudo provideat, id est ut prior sit semper ille, qui loci sui administratione perfunctus est nec umquam honor delatus ex debito ei qui ad similitudinem tribuitur conparetur. Nemo igitur sibi arbitretur annorum adnumeratione plaudendum, quod inter eos tantummodo valere decernimus, qui se aut actibus subsecuntur aut codicillorum parili imagine fulciuntur. Non alias adspiraturo quoquam ad consistorianorum comitum dignitatem, nisi ad eius claritudinem viam sibi ex constitutionis avitae norma praestruxerit. DAT. X KAL. OCT. TOPISO THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO C. CONSS.

---

*R [comprehensa uncis deficiunt] T [finit* 7 postferendum, *unde eatenus explentur quae deficiunt in R].*

2 auita] habita *T* inpetratis *T* 3 fatigium *T* 5 fuisset] *T*, fuerit *R* 6 dignitate *T* abrogandum *T* 8 [h]oc] *R*, id *Cuiacius* sibi] si quis bi *R*ᵃ adpetat] *R*, expetat *Cuiacius* 10 quin et] qui nec *R* cognogant *R*ᵃ 11 his] *Beck*, hii *R* facti] *R*, *om. Cuiacius* 13/14 criniorumque *R* 19 intreos *R*ᵃ 22 praestuxerit *R* topiso] *sic iuncta*, piso *R*, *scr.* Topiro (*vide ad* 6, 10, 4)

## 35 f. 5 |XXIII. DE DECVRIONIBVS ET SILENTIARIIS.

*Iust.* 12, 16.

I, 23, 1 (415 Oct. 31).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. VRSO P(RAEFECTO) V(RBI) ET AVRELIANO [*P(RAEFECTO) P(RAETORI)O*] OR(IENTIS) ET STRATEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILL(YRICI). Decuriones nostri palatii (post) emensum fideliter obsequium, post deposita sa(cra)menta militiae, ex quo haec sanximus, inter eo[*s*,] qui ex ducibus sunt, tamquam et ipsi administrave[*rint*], esse praecipimus in adoranda nostra serenitate, u[*t in*] salutandis administratoribus et reliquis praedicti (ho)noris privilegiis, sed ita, ut in amplissimo et venera[*bi*]li ordine inter allectos et inmunes a senato-

IVST. 12, 16, 1.

Decuriones nostri palatii post emensum fideliter obsequium postque deposita sacramenta militiae electionem habeant, sive ex magistro officiorum velut agentes dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint, sive inter viros illustres comites domesticorum, videlicet inter agentes, taxari, ut tam in adoranda nostra serenitate quam in salutandis administratoribus et reliquis praedicti honoris privilegiis nec non in nostro

---

1 auriliano *R* 3 nostrti *(sic) R* 5/6 saucximus *R* 8 u[t] ] et *Cuiacius errore*

riis di[s]tributionibus habeantur nec describtio glebalis eos [*in*] eo adtineat. DAT. PRID. KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI [*AA. CONSS.*]

consistorio his honor omnifariam observetur.

*R (rectis expressa intra uncos explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 16, 1.

1 di.tributionibus *R*, describtionibus *Cuiacius* 2 [in] eo *Seeck*, [id]eo *Cuiacius*

---

VI, 23, 2 (423 Mart. 9).

IDEM AA. VENANTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Unusquisque decurio vel silentiar(ius,) || sive post hanc militiam honoratam quietem elegisse fuerit adprobatus sive ad superiorem gradum successu meliore transcenderit, nihil, quod honoratis pro rerum necessitate iniungitur, cogatur exsolvere; sed || a tironum et equorum praestatione ⌜habeantur inmunes, nudam⌝ conlationem quae plerumque poscitur ⌜solvant⌝, nihil his ulla potestas iniungat aut necessitas inponat. DAT. VII ID. MART. RAV(ENNA) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
⌜habeatur immunis nullam⌝
⌜solvat⌝

*R (rectis expressa intra parentheses explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 16, 2.

5 exsuluere *R* 6 prestatione *R* 8 inponatur *Iust.*

---

VI, 23, 3 (432 Mart. 24).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Decurionibus et silentiariis ⌜vel his, qui post hanc militiam honoratae quietis otio perfruuntur vel⌝ ad superiorem gradum successu meliore transcendunt, omnia privilegia, quae iam dudum divorum principum iudicio meruerunt, legis istius praeceptione nove-
q. 35 f. 5' ris esse firmata |. ⌜Illa quoque, quae prioribus indultis omissa videntur, adicienda esse censemus⌝, ⌜ne⌝ angarias vel parangarias sive paraveredos ulla eis am(pl)issimae praeceptionis inponat auctoritas. ⌜A⌝ sor[*di*]dis quoque muneribus, excoctione calcis et ⌜superin(di)cticiis titulis⌝, ⌜non praeiudicatura quacumque gene[*r*]alitate pragmatici⌝, ⌜peculiari eos beneficio esse iu[*be*]mus alienos⌝, ⌜permissa ⌜⌜ veniendi ad comitatum licentia praeter evocatoriae securitatem, ⌜et⌝ multa X librarum auri iudicibus provinciarum eorum(qu)e officiis infligenda, si statuta numinis nostri (cr)ediderint esse ⌜temnenda⌝. DAT. VIIII KAL. APRIL. RAVE(NNA) [*AE*]TIO ET VALERIO CONSS.

IVST.
⌜uel his . . . uel⌝] etiam si
⌜illa . . . . censemus⌝ *om.*
⌜nec⌝
⌜a⌝ *om.*
⌜superindicti gravamine⌝ | ⌜non pr. q. gen. pragmatica⌝ *ins. post* 8 firmata
⌜peculiari . . . alienos⌝] ⌜eos liberamus⌝
⌜ Domus quoque eorum non tantum in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas civitate immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus | ⌜⌜ eis | ⌜et⌝ *om.* ⌜contemnenda⌝

*R (rectis expressa intra parentheses explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 16, 3.

4 quietis] quietip *R*ª 5 transcendant *R*ª 7/8 noueris] *Iust.* (*P*ᵇ*X*), noueres *R*ª, nouere *R*ᵇ 9 dicienda *R* 11 amplissimae] *fortasse* amplissimae potestatis 17 euocatoriaes securitatem *R*

23, 4 (437 Mart. 16).

[*IDEM AA.*] DARIO VIRO INL(VSTRI) P(RAEFECTO) P(RAETORI)O OR(IENTIS). Decurionum et silentiariorum meritis provocati conlata in eos beneficia, quae dominus ac filius noster Valentinianus semper Augustus erga eos contulit, confirmamus, specialibus eosdem privilegiis honorantes, ut eorum videlicet possessiones nullas angarias sive parangarias vel etiam paraveredos alicuius calumnia dare cogantur nec sordidis sint adstricti muneribus. Omni quoque eos excoctione calcis, omni superindicti gravamine liberamus, licentiam post militiam tribuentes, ut, ubi eis fuerit visum, etiam accedendi ad sacratissimum comitatum habeant facultatem, provinciarum rectoribus eorumque apparitionibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si
1 mansuetudinis nostrae statuta violare temptaverint. ||His addimus, ut, cum optatam quietem acceperint et inter ⌈ senatores coeperint numerari, honore curiae sine aliqua functione
35 f. 6 lae|tentur immunitatisque gaudio plena dignitatis (lae)titia potiantur, ⌜nec praetoriano nomine pulsandi nec glebali onere praegravan[*di*], sed⌝ ut dignitatem solam habeant ex senatu. ||D(omos) quoque eorum vel in hac sacratissima urbe vel (in) qualibet alia positas civitate immunes ab om(ni) hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine (vin)dicamus: || sub hac videlicet definitione, ut trigi(n)ta tantummodo numero ⌜haec⌝ privilegia cons(e)quantur, decuriones quoque tres, ⌜quos num-
2 qua[*m*] plures fieri inveterata consuetudo permisit⌝. (Sed) eos ⌜tum demum potiri⌝ decernimus benefici(is su)pra scribtis, cum ⌈ continuos tredecim anno(s in)culpatas excubias peregerint. || Inl(ustris) auctoritas [*tua*] statuta nostrae clementiae edictis proposit[*is*] ad omnium notitiam faciet pervenire. DAT. XVI[*I*] KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) POST CONSVLATVM ISIDORI ET SENATORIS $\overline{\text{VV}}$. [$\overline{\text{CC}}$.].

IVST. 12, 16, 3, 3
|| *inc.*
⌈ viros illustres
⌜nec . . . sed⌝ *om.*
|| IVST. 12, 5, 2 = 12, 16, 3, 2
|| IVST. 12, 16, 3, 3
⌜ea⌝
⌜quos . . . permisit⌝ *om.*
⌜tunc d. perpotiri⌝
⌈ per
|| *finit*

---

*R (uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 5, 2. 12, 16, 3.

3 eodem *R*ᵃ 5 gogantur *R* 7 accedenti *R* 14 patiantur *R* nomin•|ne *R* gleuali *R* 16 uel in hac s. u uel] *R Iust.* 12, 5, 2, non tantum in hac s. u. sed *Iust.* 12, 16, 3 | 17 immunes] *R Iust.* 12 16, 3, *om. Iust. 12, 5, 2* 20/21 numqua[m]] numero *Cuiacius* 23 continuus *R* 26 xviii *Cuiacius* 27 uu. cc. *om. Cuiacius*

35 f. 6'

## |[*XXIIII.*] DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS.

*Iust.* 12, 17.

24, 1 (362 Aug. 18).

[*IMP.*] IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Scias senum capitum domesticis per singulas quasque scholas, quinquagenis iussis in praesenti esse, iuxta morem debere praes[*t*]ari, ceteris, qui ultra numerum in praesenti esse voluerint, neque annonarias neque capitum esse mandandum, sed omnes cogendos ad plurimos suos ac ter[*r*]as redire. DAT. XV. KAL. SEPT. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

---

*R*

2 quinquagenis *(sic recte ut vid. Vesme,* quinquagenas *Cuiacius) R* 4 plurimos] *expectes* lares terras] ter|•as (terminos *Cuiacius*) *R* 5 anthiociae *R*

---

24, 2 (364 Aug. 19).

[*IM*]PP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SEVERVM COM(ITEM) [*D*]OMESTICORVM. Domesticorum filios vel propin[*qu*]os parvos vel inpuberes domesticorum coetibus [*ad*]gregamus, ita ut non solum matriculis inseran[*t*]ur, verum etiam annonarum subsidiis locupletentur.

Quaternas etenim annonas eos, quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constiterit, in sedibus iubemus adipisci his condicionibus, ut annonae, quae amplius insumuntur vel per tractorias deferuntur, recidantur. DAT. XIIII KAL. SEPT. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*R*

1 procinotibus *R* idoneus *R* 3 septb. $R^b$, sptb. $R^a$

VI, 24, 3 (364 Aug. [?] 19).

IDEM AA. AD SEVERVM COM(ITEM) DOMESTICORVM. Sicuti variis itineribus protectorum domesticorum schola conprehensos ad eam venire perspicimus, ita etiam sportularum diversa esse debebit insumptio. Grave enim admodum est viros post emensum laborem, qui nullius rei cupidiores fuere quam gloriae, huiuscemodi erogationibus fatigari; eos tamen penitus solummodo inter quinos et denos solidos sportularum nomine primatibus
q. 35 f. 7 distribuere praeci|pimus. Eos autem, qui vel suffragio vel poten[*tium*] gratia sacram purpuram adorare pervene[*rint*], quinquagenos solidos volumus insumere. DAT. [*XIIII*] KAL. SEPT. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*R*

2 scola *R* conpraehensos *R* 5 paenitus *R* solummodo] *scripsi dubitans*, sollemnitas *R* solidus *R* 6 poten[tium] gratia *Gothofredus*, poten[tia vel] gratia *Cuiacius* 7 peruenerint] meruerint *Seeck* xiiii] *sic iuncta 6, 24, 2: sed eo die Valentinianus non fuit Mediolani*

VI, 24, 4 (387 Mart. 6).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIG(NIVM) P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Domestici ac protectores osculandi, cum salut(a)verint, vicarios tui culminis habeant potestatem. P(o)ena enim sacrilegii similis erit, si his honorificenti(a) non deferatur, qui contingere nostram purpura(m) digni sunt aestimati. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) VAL[*ENTINIANO*] A. III ET EVTROPIO CONSS.

*R (uncis comprehensa expressa litteris rectis supplentur ex Iust.).* — IVST. 12, 17, 1.

3 poena (p[o]|ena *R*) enim s. similis erit] *R Iust.*, paene enim sacrilegii simile erit *scr.*

VI, 24, 5 (393 Dec. 31 [392 . . . .]).

IDEM AAA. ADDEO COM(ITI) DOMESTICORVM. Omnes, qui do[*mes*]ticorum iniuncti nomini numquam nostris ob[*sequi*]is inhaeserunt neque certis quibusque officiis deput[*ati pu*]blicas exsecuti sunt iussiones, protinus matriculi[*s*] eximantur. Deinde hi, qui amissam militiam nos[*tro*] iudicio receperunt, si quidem post unius anni sive [*bi*]ennii spatium loco sunt pristino restituti, in suo ordin[*e*] permanentes fructum beneficii non amittant. Sin [*v*]ero longo post tempore ambitione atque suffragiis ut rursus sociarentur enisi sunt, ita novissimorum numero iungantur, non ut nunc sternantur extremi, se[*d*] ut eum unusquisque optineat locum, in quo esse eo tempore potuit ultimus, cum esset post biennium restitutus. DAT. PRID. KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VIRO CLARISSIMO CONSS.

*R*

3 patriculi[s] *R* hii *R* 5 restituti in] restituin *R* sin[u]|ero *(sic) R* 7 sternantur] $R^b$, trnantur $R^a$ 7/8 optinuat *R* 9 *annus diesque perturbati, nam a. 393 Ian. 12 et Sept. 24 Addaeus appellatur* comes et magister utr. mil. per Orientem

VI, 24, 6 (395 Oct. 3).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ADDEO COM(ITI) ET MAG(ISTRO) VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Divale praeceptum, quod supplicantibus domesticis dudum devotissimis laboriosos prae-
q. 25 f. 7' tulit otiosis et abuti prohibuit temporis privilegio eos, qui sibi potius | [*qu*]am rei publicae

omni militiae suae tempestate vi[*xi*]ssent, erga protectores quoque valere praecipimus [*a*]c volumus inconcussum aeternumque durare, ut [*s*]emper renovari possit. Inl(ustris) itaque auctoritas tua et [*e*]os militia solvere non morabitur, quos nihil umquam vel necessitatibus nostris vel expeditionibus bellicis profuisse constiterit et his locum priorem auctoritate huius legis decernat, quos viderit otiosis oportere praeferri. DAT. V NON. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*R*

1 praecepimus | ∗∗c uolumus *R*

,24, 7 (414 Dec. 27).

[*IM*]PP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Domestici atque [*pro*]tectores cum primum ad decemprimatus gra[*du*]m ordine militiae temporis prolixitate pervenerint, statim sibi praeter primicerium decem sequentes senatoriam vindicent dignitatem seque cum allectione clarissimos nostro iudicio gratulentur, recedentibusque proceribus succedens sibi per matriculae ordinem usque ad praescribtum modum vindicet, quisquis accedit. Ad nullas praeterea senatorii ordinis vocentur expensas, quibus non ambitio, sed meritum et nostrum spontaneum cognoscitur iudicium detulisse. DAT. VI KAL. IAN. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

*R*

5 prescribtum *R* 6 ad nullas praeterea] *fortasse* at ad nullas propterea 7 meritum] *scr.* meritum eum 7/8 ui k. ian.] *aut hic dies mutandus est aut alter* 13, 5, 38.

,24, 8 (416 Nov. 17).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotissimis domesticis, quos nobis, ut indicio nominis apparet, familiarius militando ...... optatam protulimus sanctionem, ut praeter primicerios decem primi eorum, cum ad memoratum decemprimatus gradum pervenerint, statim clarissimo nomine decorentur et inter allectos velut exconsulares habiti senatoria se praeditos gaudeant dignitate, ad eundem clarissimatus honorem sequentibus,
15 f. 8 cum pri|ores exierint, accessuris, ita tamen, ut inmunes (sena)toriis functionibus penitus habeantur. DAT. XV KAL. (DEC.) CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

*R [quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T] T [incipit* 4 [hab]iti*]*.

2 militando|ptatam *R*: *post* militando *videntur excidisse talia:* adiunximus rogantibus 4 abiti *R* 5 audeant *T*ᵃ 6 prioris *T* inmunis *R (?)* senatorias *T*, ∗∗∗toriis (a senatoriis *Cuiacius idque admittit codex*) *R* paenitus *R*

,24, 9 (416 Dec. 18).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotissimos protectores, qui ar(ma)tam militiam subeuntes non solum defendendi (cor)poris sui, verum etiam protegendi lateris nostri sol(lici)tudinem patiuntur, unde etiam protectorum nom[*en*] sortiti sunt, inglorios esse non patimur, sed ut devo(tis)simis nuper protectoribus domesticis, ita his quoque (hono)rem congruum condonamus, ut praeter primicer(i)[*u*](m) decem primi eorum clarissimatus dignitate f(ulcian)tur et per ordinem primis exeuntibus qui ad decem pr(i)morum numerum vocante gradu subierint, conti(nuo) cum ipsa loci accessione clarissimatus sibimet (vin)dicent dignitatem et in amplissimo ordine inter all(ec)tos velut ex consularibus habeantur, nullis senatoriis muneribus adstringendi. DAT. XV KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSI)O A. VII ET PALLADIO CONSS.

IVST. *(cf. ad 6, 24, 11)* Alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, consulari, id est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decem primorum accessione

*R (quae deficiunt uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex T) T.* — IVST. 12, 17, 2.

2 lateri *T* 3/4 eti|∗∗∗ sed ut deuotissimis *(mediis omissis) T* 5 primiceri|∗m *T*, primicer∗∗∗ *R* 6 dignitatem *T* 7 decem priorum *T* 7/8 subierunt *T*

VI, 24, 10 (427 Mart. 16).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Praeter primic(e)rios protectorum domesticorum decem primi scholarum, cum ad huius vocabuli dignitatem devote ac strenue militando pervenerint, statim clarissimatus honore decorati inter allectos veluti ex consularibus esse mereantur, ita ut et a senatoriis functionibus penitus habeantur inmunes nulloque extrinsecus onere praegraventur, ceteris quoque, ubi egressis prioribus ad praedictum suo ordine numerum locumque conscenderint, privilegiis paribus honorandis.** DAT. XVII KAL. APRIL. HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

*RT*

2 primicerios] primic*|rios *R*, micerio $T^a$, imicenio $T^b$ protectortum $R^a$ scolarum *R* 4 allectos] *T*, adlectos *R* **natoribus *T* | 5 paenitus *R*, *om.* *T* extrinsecus . . . quoque *om.* *T*

VI, 24, 11 (432 Iun. 11).

q. 35 f. 8′ IDEM AA. HELIODORO P(RAEFECTO) V(RBI). Constantinopolitani amplissimi |(co)etus consensu nostroque iudicio domestici decursis (gr)adus stipendiis sub eo sint genere senatores, ut pri(m)icerius quidem post acceptum tribunatum inter eos (dig)nitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt, alii (v)ero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque (nu)mero subsequuntur, his quibus iam ante decretum est (dig)nitatibus perfruantur, sed ita, ut inter eos sine du(bio) censeantur, qui inmunitatem sibi laboribus redem(er)unt. Ut fructus domesticis impio termino conse(qu)enti, etiamsi mortalitas intervenerit, perire non (pos)sint, sed quodammodo superstes illis solacii ser(vet)ur occasio ac, si primicerii limen ingressi in ip(sa d)esideratae spei longa expectatione fructus in[*te*]rruperit fati necessitas, non statim qui praecer(p)at eos, quem vocat secundus ordo succedat, sed liberis successoribusque tantum gradu venientibus agnatorum, quorum maxime cura emolumentorum perceptione gaudebat, residui temporis usque ad annum quae debentur, sollemniter colligantur. DAT. III ID. IVN. CONSTANTINOPOLI VALERIO ET AETIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

IVST.
**Primicerius quidem domesticorum et protectorum utriusque scholae post acceptum tribunatum inter eos spectabili dignitate potiatur, qui ducatum agere meruerint.** *(sequuntur quae adscripsimus ad 6, 24, 9)*

*R (quae deficiunt uncis comprehensa express a litteris rectis supplentur ex T) T.* — IVST. 12, 17, 2.

1/2 consesu $R^a$, con|***sum *T* 2 nostroquae *T* 3 post *om.* *T* 4 diguitatem *T* 5 numerum *T* 6 sobsequuntur *R* his *om.* *R* est] *R*, ***t *(deficiunt litterae tres)* *T* 6/7 perfruantur] *R*, fruantur *T* 9/10 possint] *R*, possit *T* 10 quodadmodo *R* [i]llius solaciis *T* 11 ingressus $R^a$ 11/12 expepctatione $R^a$ 12 in|**rruperint *R*, in***|ruperint *T* qui] pqui $R^a$ praecer|*at *R*, praecespat *T* 14 praeceptione *T* 15/16 ualerio et aetio *R*, attico et ualerio *T*

q. 36 f. 1

## |XXV. DE PRAEPOSITIS LABARVM.

labarum *Iust. (KI)*, laborum *R Iust. (OX)*, *deficit T.* — *Iust.* 12, 18.

VI, 25, 1 (416 Nov. 11).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ⌜e(x devo)tissimis domesticorum scholis⌝ praepositi lab(arum) nostro iudicio ⌜et stipendiorum sudoribus⌝ prom(oven)tur, ⌜ad similitudinem decem primorum dom(estico)rum⌝ clarissimi sint inter allectos, ita ut ex con(sula)ribus habeantur. Nam ⌜et senatorio nomine⌝ et inm(unita)te digni sunt, quos nostri lateris comitatus inl(ustrat). DAT. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI THEOD(OSIO) A. VII ET PAL(LADIO CONSS.).

IVST.
⌜ex . . . scholis⌝ *om.*
⌜et st. sud.⌝ *om.*
⌜ad s. d. dom.⌝ *om.*
⌜et s. n.⌝ *om.*

*R (quae deficiunt uncis comprehensa supplentur ex T) T.* — IVST. 12, 18, 1.

3 labarum] *Iust. (KI*$^a$*)*, lauarum *T*, lab**** *R*, laborum *Iust. (OI*$^b$*)* 5 allectos] electos *Iust.* | 6 et sen.] *T*, sen. *R* et *om.* *Iust.* *(praeter I*$^b$*)* 7 inlustrat] *Iust.*, inlustr** *T*, inl*** *R*

# XXVI. DE PROXIMIS, COMITIBVS DISPOSITION(VM) CETERISQVE, QVI IN SACRIS SCRINIIS MILITA(NT).

*Iust.* 12, 19 de proximis sacrorum scriniorum ceterisque q. in s. s. m.

26, 1 (362 Sept. 25).

IMP. IVLIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In rebus prima militia est, secundus in litterarum praesidiis pacis ornatus. Ideoque scriniorum nostrorum merita perpendentes secundum eis in privilegiis locum tribuimus, ut omnes, qui quindecim annis in scriniis laboraverunt memoriae ac dispositionibus epistularum ac libellorum, licet patre vel avo ceterisque maioribus curialibus orti ac prodidi sint, tamen ab omni hac
26 f. 1' necessitate habeantur immunes nec ad curiam | (dev)ocentur. DAT. VII KAL. OCT. ANTIOCHIAE, ACC. V ID. NOV. **IBIS MAMERTINO ET NEVITTA V. C. CONSS.

*R (quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T) T.*

1 rebus] *scr.* re p(ublica) prima] *R*, primatu *T* est *om. T* 2 in *om. T* ornatus] *R*, cinatus *T* 2/3 ideoque . . . perpendentes *om. T* 3 in *om. T* queindecim *R*ª 4 **|crineis labóraberunt *T* dispositionibus] *scr.* dispositionum et 5 ceerisque *T* 6 habiantur *R* inmunes *T* iuriam *T* antiochiae] *T*, anthiociae *R* 7 acc. u id.] *cc c (*vel* m, *non* u) *** *T* **isis *R*, *deficit T*

1, 26, 2 (381 Mart. 29).

(IMPP)P. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM (P(RAEFECTVM) V(RBI)). Clarissimos viros proximos scriniorum et magis(tr)os dispositionum vicariorum ordini copulamus, ita (ut) haud prior aliunde provectus palatinis honorariis (pra)eferatur, ut prius e palatio cum huiusmodi dignita(te di)missus priorem locum aliis post, etiam vera admi(nis)tratione, venientibus sortiatur. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) (SYA)GRIO ET EVCHERIO CONSS.

*R (quae deficiunt uncis conprehensa explentur ex T) T.*

2 proximus *R* 3 copulemus *T* ita ut haud] *scripsi*, ita ut aut *T*, ita | [ut] aut *R* 4 ut] *R*, *def. T*, et *Gothofredus*, at *ego* dismissus *T*

26, 3 (382 Dec. [?] 15).

(IDEM AAA. A)D HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Obsecundatoribus sacrorum scri[*ni*](or)um, quorum mentibus ingeniisque committimus, quid(qui)d in alios quoque perennium saepe proferimus sanc(tio)num, equorum ad militare subsidium ab honoratis proxime venire iussorum missam facimus. Nullis igitur vel aetate praesenti vel in relicum tale si quicquam emerserit, aut equorum oblationibus aut quibuscumque praeterea de collativo omnium postulatis parere cogantur. DAT. XVIII KAL. IAN. PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*R (quae deficiunt uncis comprehensa expleta sunt ex T) T.*

1 |scri|****um *R*, s****|orum *T* 2 quorum *om. T* ingenuisque *R*ª 2/3 perrennium *T* 4 facimus] *T*, faciamus *R* relicum *RT*

26, 4 (386 Apr. 30 [Febr. 28]).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Proximos memoriae, epistularum ac libellorum ⌈ ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro praefectis dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostentat, insequentibus praeponendi, qui vicarias postea administraverint. DAT. PRID. KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

| ⌈ atque dispositionum IVST.

*RT [finit 2 ut int.].* — IVST. 12, 19, 1.

3 habiantur *R* dioecesis *R*, diocesis *Iust.* (*K*ª*OI*ª) 4 ostendat *Iust.* 5 administrauerint] *Iust.*, administrauerunt *R* prid. prid. (*sic*) kl. mai. *R*: *requiritur* mart

VI, 26, 5 (389 Nov. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CONSTANTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In sacris scriniis nostris militantes ⌈ ordinarii ⌈⌈ iudices a salutatione non arceant, etiam inviti
q. 36 f. 2 in conses|sum accipiant; ˹scituris vel principe vel cornicul(ario) vel capitibus (officii˺ ternas libras auri ex suis facultatibus) eruendas, si ˹consistorium nostr(um) saepe ingredientibus˺ secretarii iudicum n(on) patuerit ingressus aut reverentia non fu(erit) in salutatione delata aut sedendi cum iudice so(cie)tas denegata. DAT. VI ID. NOV. TREVIRIS TIMASIO ET P[RO]MOTO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

| IVST. 12, 19, 2 | IVST. 1, 48, 3 |
|---|---|
| ⌈ in provinciis<br>⌈⌈ vel spectabiles | *inc.* ˹Sciant principes et cornicularii et primates officiorum iudices etiam˺<br>˹honoratis viris, quibus etiam cons. n. ingrediendi facultas praebetur˺ |

*R (uncis comprehensa expressa litteris rectis suppleta sunt ex Iust.).* — IVST. 1, 48, 3. 12, 19, 2.

2 *scr.* Constantiano 6/7 officii ternas ex *(sic Iust. 12, 19, 2, a Iust.* 1, 48, 3*)* suis facultatibus] *Iust.* 12, 19, 2 (*sim.* 1, 48, 3), *om. R* 9 iudicium *R* 11 dat.] *immo* pp., *neque enim probabile est eo tempore Valentinianum fuisse Treviris* 12 triueris *R*

VI, 26, 6 (396 Ian. 18).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIO[RVM.] De his, qui in sacris . . . . . scriniorum proximi transacto [*bien*]nio conquiescant dentque locum ceteris, qui ad cup[*itum*] gradum pervenire festinant. Eos sane, qui ante ho[c] statutum in locis memoratis inventi sunt, ad me[*tas*] triennii concedimus pervenire. DAT. XV KAL. FEB. A[R]CADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R.* — GEMINA (?) 6, 30, 14.

1 osio *R* *post* sacris *plura exciderunt* 3 cup} *(sic Krueger et ego) R*, ultimum *priores* 4 inuenti] *gem.*, inuecti *R*

VI, 26, 7 (396 Febr. 14).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia, quae divae memoriae Iulianus in sacris scriniis militantibus tribuit, et illum honorem, quem augustae memoriae Val(entini)anus isdem detulit, confirmantes, scilicet ut ingrediendi sponte sine ullo nuntio secretarium iudicantum, considendi etiam iudicibus habeant potestatem, id etiam nostra moderatione decernimus, ut XX anni[s] in militia scriniorum memoriae epistularum libellorumque versatus consularis inter allectos dignitate cumulatus abscedat eumque honorem vel aput rectorem vel in coetu amplissimi senatus obtineat. Ita autem eos post militiam esse volumus otiosos, ut ab omni publica molestia habeantur inmunes nec iniungendi quicquam quis in eos habeat potestatem. DAT. XVI KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

3 hisdem *R* ingrediendi] *scripsi*, ingrediente. *R* spontae *R* 6 consulares *R* 8 otiosus *R*

VI, 26, 8 (396 Febr. 15).

q. 36 f. 2' | [IDEM AA.] CLAVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). In scriniis palatii militantes ⌈ post vigin(ti a)nnos transactae militiae si discedendum sibi esse (decr)everint, consulari honore fulti inter allectos (h)abeantur huncque honorem dignitatis ˹in senatu˺ (t)eneant, qui exconsularibus deferri con-

| IVST. |
|---|
| ⌈ id est memoriae epistularum libellorumque ac dispositionum<br>˹in senatu˺ *om.* |

1 cladio *R*[a]

sueverit nec eos quisquam iniungendo aliquid vel iubendo possit ab impertito otio separare. DAT. XV KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R (uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 19, 3.

1 aliquit *R* imperito *R*

---

, 26, 9 (397 Apr. 8).

[*IDEM*] AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. INTER ALIA: His, a quibus dispositionum nostrarum norma seriesque servatur, eadem privilegia honoresque peractae militiae tribuimus, quae scriniorum nostrorum meritis nuper praecepimus custodiri. DAT. VI ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

3 emeritis *scr.* praecipimus *R*

---

, 26, 10 (397 Iun. 23).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad similitudinem proximorum, qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur, ii quoque, qui priores in scrinio dispositionum fuerint et comitis acceperint dignitatem, ex eo die, quo promoti in scriniis fuerint, eorum numero socientur, qui potestates vicarias perceperunt, scilicet ut a Nestorio viro clarissimo, qui nunc in loco memorato versatur, dignitatis huius sumatur exordium. DAT. VIIII KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

2 hii *R* 3 comites *R* 5 eordium *R*

---

26, 11 (397 Iul. 5).

IDEM AA. HADRIANO MAG(IS)TRO OFFICIORVM. Per omnia scrinia nostra singulis annis emensis qui sunt in capite constituti uno anno teneant proximatum, locum per ordinem succedentibus dantes, manente penes eos nihilominus dignitate, quam divus pater noster huius ordinis viris singularis meritorum arbiter dedit, scilicet ut quicumque ex proximo
5 f. 3 post stipendia tandem acta discesserit, vi|[c]ariis conferatur, ac si eam ipsam egerit dignitat[*em*], integris omnibus privilegiis, quae cunctis scriniis o[*mnes*] retro principes diversis legibus praestiterunt. Atque [*ut*] nulla posthac de statuto tempore possit esse con[*ten*]tio, genuinus natalis nostri dies quotannis comi[*tivam*] proximatus mansura in longum aetate celebrabi[*t*], ut expeti ambitione non possit, quod laboris praemi[*um*] speciali munere aestimavimus. DAT. III NON. IVL. ME[*D(IOLANO)*] CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*R*

4 sciliet *R*ᵃ 7 prestiterunt *R* ut] *Gothofredus, hiatum celavit Cuiacius* 9 celebra- | ui[t] *R*

---

26, 12 (401 Sept. 12).

IDEM AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes, qui ex proximis veneran[*do*] coetui senatus fuerint adgregati, sive ii de scrinio [*me*]moriae sive epistularum vel libellorum sive dispositi[*o*]num comites fuerint, ad septenos dumtaxat annu[*os s*]olidos teneantur nullaque extrinsecus conlatione vexe[*n*]tur nec molem promissionis || ⌜nec scribtionis iniuriam⌝ perhorrescant. DAT. PRID. ID. SEPT. CONST(ANTINO)P(OLI) VINCENT(IO) ET FRAVITO CONS[*S*].

|| *inc. Iust.* | ⌜et nullam iniuriam descriptionis⌝ *Iust.*

*R.* — IVST. 12, 19, 1.

2 adgraegati *R*ᵇ hii *R* 4 extrensecus *R*ᵃ

VI, 26, 13 (407 Ian. 25).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. Sicut iampridem a praetura inm[*u*]nitatem tribuimus his, quos post emeritam in armis militiam ad honorem ducatus nostrae serenitatis provexit iudicium, ita nostrorum scriniorum proximi etiam deposita militia praeturae immunitate potiantur. DAT. VIII KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

*R*

2 in armis] in armis in *R*ᵃ

---

VI, 26, 14 (407 [412] Oct. 15).

IDEM AAA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quam-
vis innumeris legibus scriniorum gloria decore-
tur, || iubemus ˹tamen,˺ ut primo omnium sit
eorum ⌈ secura possessio ab omnibus sordidis
muneribus excusata, superindictum non timeant,
venalicium non petantur solumque canonicae in-
dictionis praestent tributum, ˹glebalis auri solu-
tionem nesciat˺ labore dignitas conquisita, extra-
ordinarium munus ignoret nec ullam temonis
q. 36 f. 3' patiatur iniuriam, | (eq)uorum tironumque prae-
stationem nullus agnos(ca)t, qui ⌈honorem proximi
et comitivam primi dispo(si)tionum longi tem-
poris sudore quaesivit. Et haec (qu)idem patri-
moniis censuimus deferenda, || quibus [*o*]mnia in-
libata servamus, quaecumque divi genito[*ri*]s
nostri et cunctorum principum statuta detu[*l*]e-
1 runt. Ipsis vero veniendi ad comitatum libe-
ram [*l*]icentiam perpetuamque praestamus nec
in eorum personis expectari augustam praecipi-
2 mus iussionem. || Quod autem omnibus con-
stat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non
patimur, ut, etiamsi prosperioris fortunaè iudicio
ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen
eis scrinii labore privilegia quaesita serventur ||
et integrum circa eos eorumque facultates semper
maneat, quod anterioris aetatis industria conquisivit. ET CETERA. DAT. ID. OCT. RAV(ENNA) HONORIO VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

IVST.

|| *inc.* | ˹ ˺ *om.*

⌈ qui in sacris scriniis nostris, id est memoriae epistularum libellorum et dispositionum, referuntur

˹gl. a. sol. nesciat˺ *om.*

⌈ vel adhuc in scriniis militat vel

|| *finit*

|| *redit*

|| *finit*

*R (intra uncos rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 19, 4.

1 aa. *R* 3 primum *Iust.* 5 timemeant *R*ᵃ 7 prestent tr. gleualis *R* 13 [qui]dem (uidem *Vesme*, eadem *Cui.*) *R Iust.* 24 scrinii] *Iust. (KO)*, scriniis *R Iust. (I)* labore] loboret *(sic) R* 27 *videtur scr.* Honorio VIIII et Theodosio V, *ut est 6, 18, 1*

---

VI, 26, 15 (410 Nov. 16).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotiens equorum aliarumque rerum procedit indictio, in sacris scriniis militantes inmunes ac segreges habeantur, ita ut neque in militia neque post militiam huius sollicitudinis molestiam sustineant, quibus exceptis circa alios, cum ratio flagitaverit, indictio postulabitur; scientibus iudicibus eorumque apparitionibus decem librarum auri multa se subiciendos, si ab eorum in futurum conventionibus non temperarint. DAT. XVI KAL. DEC. RAV(ENNA) VARANE V̄. C̄. CONS.

*R*

2 sacri scriniis militanter *R* 5 multae *Gothofredus* 7 uaronae *R* conss. *R*

,26,16 (413 [410?] Ian. [?] 6).

IDEM AA. FAVSTINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Peculiari praeceptionis nostrae favore praestamus, ut in scriniis memoriae epistularum libellorumque ab exceptoribus usque ad
36 f. 4 mello|proximos dignitatem clarissimorum hono(rem)que percipiant, et sicuti reliqui, qui in isdem scrin(iis mi)litant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressu(m in se)cretarium consessumque habere legibus meruer(unt,) ii quoque, in quos hanc stipendiorum meritis clari(ssima)tus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam s(ese) habere reverentiam recognoscant, ut consede(ndi) ingrediendique secretarium sciant a nobis licen(tiam) contributam, || sub multae interminatione, quam o[*f*]ficio sanctio dudum indulta constituit. DAT. VIII ID. IA[*N*.] RAV(ENNA) LVCIO V̄. C̄. CONS. || *fin.* IVST.

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 19, 5.

4 hisdem *R* in *om. Iust.* 5 meruer[unt]] meruerunt ita *Cuiacius* hii *R* 6 pectabilibus *R*ª sese] *Iust.*, si ∗∗ *vel* si ∗∗∗ *R* 9 ia (*potius quam* iu *cum Cuiacio 1566*, iun. *Cuiacius 1586) R* conss. *R*. — *Per a. 413 cum Iohannes praefecturam tenuerit et altera constitutio ad Faustinum directa anni sit 410, probabile est hanc quoque eiusdem temporis esse*

VI, 26, 17 (416 Febr. 6).

IDEM AA. EVSTATHIO VIRO INL(VSTRI) QVAESTORI ET HELIONI VIRO INL(VSTRI) MAG(IST)RO OFFICIORVM. Pro biennio annum solum age(re) deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis memoriae epistularum libellorumque ordine ac merito st(i)pendiorum ad gradum pervenerint proximorum. || Sed inter cetera privilegia, quae divalibus beneficiis sacris scriniis adtributa sunt quaeque salva atque intemerata in perpetuum manere decernimus, ut eorum, qui potestatem vicariam administraverint, pro tenore veterum et
1 nostrarum sanctionum hi, qui proximatum egerint, honore censeantur. Secundi etiam ordinis comitivae codicillos accipiant, cum eum locum nancti fuerint, in quo hactenus tertiae comitivae gradu fruebantur, ita ut ex lege iam debitos atque sollemnes codicillos genuino die natalis meae clementiae in posterum, dum agunt proximatum, singulis quibusque annis accipiant, post depositum actum inter eos, qui vicariam potestatem egerint,
36 f. 4' honorandi. Quam legem secundum ipsorum petitionem prae|[*te*]r tres melloproximos, id est Benagium, Hypatium [*et*] Theodorum, circa omnes alios valere praecipimus. [*D*]AT. VIII ID. FEBR. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS. || *fin.* IVST.

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 19, 6.

11 accepiant *R* egerint] *Gothofredus*, egerit *R* 12 praeter] *Gothofredus*, praeterea *R*

26, 18 (426 Nov. 25).

[*IM*]PP. THEODOSIVS ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ACACIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Tam proximo scriniorum quam comiti dispositionum pro dela[*t*]a eis comitivae secundi ordinis dignitate vestem ex in[*te*]gro in posterum praeberi tua celsitudo disponat. DAT. VII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) D̄D̄. N̄N̄. THEODOSIO XII ET VAL(ENTINI)ANO II PP. AA. CONSS.

*R*

1 thodosius *R*ª 2 proxi|∗os (*potius quam* ∗us; proximis *Vesme*, proximo *Cui.*) *R* dila|∗a *R* 3 in|∗∗gro (*sic vid. esse in cod.*, in . . . ., *coniciens* intexto, *Goth.*) *R* 4 iii (*sic Vesme, recte ut vid.*, uii *Cui.*) *R*

## XXVII. DE AGENTIBVS IN REBVS.

27, 1 (354 [353] Mart. 8). *Iust.* 12, 20.

IMP. CONSTANTIVS A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: De agentibus in rebus si quis annos viginti transierit in obsequio, minime eum ad curiam revocari. Quod et circa scrinia nostra et cancellarios et largitionales et officiales comitum rerum priva-

1 *post* a *sp. vac. R* 3 cancellarius *R*

tarum volumus observari. ET CETERA. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. CONSS.

*R*

1 *constitutiones haec et aliae octo 7, 13, 1 — 7, 21, 2 — 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 8, 7, 5 — 8, 7, 6 — 12, 1, 14 — 12, 1, 18, ut vidit Seeckius p. 237, inscriptionem eandem habent, scilicet* imp. Constantius (Constantinus 12, 1, 14 — 12, 1, 18) ad vv. cc. *(sic 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 12, 1, 18,* vv. cc. *om. reliquae)* p(raefectos) p(raetori)o *formula plane insolita, cum praeterea praefecti praetorio nusquam nisi nominatim praescribantur nec usquam plures nominentur, subscriptiones autem similes:*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 6, 27, 1 | VIII id. Mart. | Constantio | A. VII | et | Constante C. |
| 7, 13, 1 | prid. non. Iul. | Constantio | A. VI | et | C. |
| 7, 21, 2 | k. Mai. | Constantio | A. VI | et | Constante II C. |
| 8, 4, 5 | prid. non. Mai. | Constantino | A. VII | et | Constante C. II |
| 8, 7, 4 | prid. id. Mai. | Constantio | A. VII | et | Constante II C. |
| 8, 7, 5 | XV k. Iun. | Constantio | A. VII | et | Constante C. II |
| 8, 7, 6 | prid. non. Oct. | Constantio | A. VII | et | Constante C. II |
| 12, 1, 14 | VIII k. Dec. | Constantino | A. VII | et | Constantio C. |
| 12, 1, 18 | VII k. Dec. | Coustantino | A. VIII | et | Constantio IIII |

*Re quoque coniunctae sunt omnes tractantes de militum origine stipendiisque et de ratione quae intercedit inter militarem condicionem et curialem. Omnino redeunt omnes ad eandem constitutionem datam* Constantio A. VI et Constantio C. II, *errores autem non librariorum Theodosiani esse, sed ad ipsos compilatores redire intellegitur ex collocatione duarum 12, 1, 14 et 12, 1, 18, quae Constantinum requirit.*

---

VI, 27, 2 (363 Febr. 28[?]).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex his, qui in palatio agentes in rebus militaverint, post tertium annum militiae nemo curiae tradatur, nec ille, qui in
q. 36 f. 5 consulatu meo quarto missione donatus est. P(RO)P(OSITA) BERYTO PRIDIE KAL. | MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

*R*

3 consulatum| eo *R* pridie] *scripsi,* die *R*

---

VI, 27, 3 (380 Iun. 16).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLORVM [*MAGIS*]TRVM OFFICIORVM. Non plures in aliquem gradum [*ho*]noris ascendant, quam quantos singuli quique an[*ni ex*] agentum in rebus schola ad finem emeriti laboris [*duc*]tant, ita dumtaxat, ut per singulos gradus binor[*um*] nobis tantum addendorum extra ordinem servet[*ur po*]testas, quorum eximius labor ut vim hanc legis exced[*a*]mus extorserit: quod quidem servandum usque ad [*cir*]citores erit. Nam ut sterni continuo quisque possit, sin[*e*] quaestione aliqua et sine praescribto numero so[*la*] adnotatione nostra sufficiat impetrari. In ceteris autem etiamsi adnotatio specialis extiterit, quae tamen duorum numerum transeat, eam esse iubemus infirm[*am*], ita ut ne insequenti quidem anno habeat firmitatem, nisi insequens annus nullos numero duos, qui ex adnotatione nostra augmentum accipere debeant hono-
1 ris, invenerit. Quod si post antiquam aliquis missionem veteremque militiam praepostera sacramentorum cupiditate per ambitionem ad stipendia redire temptaverit, hac proposita optione socientur, ut ultimos se militaturos noverint equitum. Quod de universis quibusque officiis specialiter cavemus, a quibus nonnulli ad agentum in rebus scholam cum propria dignitate transierint, ut scilicet hi ex quacumque militia sinantur excedere. Quod in posterum custodiendum ita ratum sit, ut periculum se et adiutor et

1 mag off] *cf. ad 8, 15, 6* 3 [ex] agentum] *scripsi,* in agentum *Gothofredus* [duc]tant (m[ili]|tant *Vesme,* inuitant *Cuiacius*)*R* 5 exced*|mus *(sic recte ut vid. Vesme, sed* ed *incertae;* excludamus *Cuiacius) R* 7 so[la] (sine *Cuiacius*) *R* 8 numerum] *Gothofredus,* numero *R* 10 nullus *R* accepere *R*[a] 15 dicnitate *R*

subadiuvae subituros esse cognoscant, si huius sanctionis nostrae normam umquam etiam insequentibus magistris desierint intimare. DAT. XVI KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V
q.36 f.5' | ET THEODOSIO I AA. CONSS.

*R*

1 subitoros *R* cognascant *R*[a] 2 thessall *R*

VI, 27, 4 (382 Mart. 21).

[*IDEM AA*]A. PALLADIO MAGISTRO OFFICIORVM. In schola agentum [*in*] rebus nemo facile sub nostra quoque adnotatione [s]peciali prorumpat, nisi sub maiore scholae parte, [*q*]uisque advenerit, probandus adsistat, qualis mori[*bu*]s sit, unde domo, quam officiorum ori-
1 ginem ac sortem fateatur. Novi quinquennio vacent a primi quoque honoris auspiciis; ante missionibus crebris futuris parent prodanturque nominibus; dehinc per singulos gradus iusta et firma praecedentium dimissione succedant. Sane sic militantibus probeque in actu rei publicae diversatis singulorum graduum, quos meruerint, non negamus accessum, ita ut ipsis quoque sit praecedentium ordo venerabilis ac sub maiore parte scholae etiam de huius gradu bonorum adtestatio et consensus accedat. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*R*

1 scholam *Gothofredus* 3 probamdus *R*[a] 3/4 origine *R* 5 futuris] *fortasse* futuris se | nominibus] *fortasse* hominibus deinc *R*[a] 6 sic] *Gothofredus*, si *R*

VI, 27, 5 (386 Mart. 5).

IDEM AA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam agentibus in rebus huiusmodi praestitimus codicillos, ut post principatum in amplissimo ordine inter allectos consulares habeantur, id etiam huius legis auctoritate praestringimus, ut eodem gradu vel ordine ab universis iudicibus honorentur. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

*R*

3 aucturitate *R*

VI, 27, 6 (390 Nov. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Privilegia erga eum, qui ex agente in rebus princeps fuerit, antiqua custodiri praecipimus; sit senator et merito consularibus adgregetur, sed ut eum functio ulla non teneat, conlatio non defraudet. DAT. VI KAL. DEC. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*R*

2/3 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R*

VI, 27, 7 (395 [396/8] Mai. 27).

35 f. 6 | IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORV[*M*]. Agentes in rebus, quos divae memoriae pater noster [*ex*]peditionem secutos unius gradus dicitur adiec[*tione*] cumulasse, delato honore potiri praecipimus, ita [*ut usque*] ad centenam dignitatem hic

1 osio *R* 2 [ex]peditionem secutos] *scripsi*, **(*vel* ***)peditionem secutus *R* 3 praecipi- | mus] *R*[a] *vel* *R*[1], praecepimus *R*[b] *vel* *R*[2]

ordo servetur. Si qui[*s*] centenarius est secutus, quoniam primis non pati[*mur*] praeiudicari, quos constat ad hunc locum longo te[*mpo*]re et probato labore venisse, his praeponatur, quos [*me*]rito praecedit. Quisquis autem adipiscitur gradum, [*hoc*] honore contentus praeponi his, qui ordine priore[*s*] meruerint, non laboret. DAT. VI KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYB[*RIO*] ET PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

*R*

1 *post* qui *deficere possunt litterae duae tresve, quis igitur Cuiacius.* quis uero *Vesme* 3 bordine *R* 4 laboret] *Reinerius et Haenel,* labore *R* iun.] *R. — In anno erratum est, quoniam ad a. 395 Nov. 24 magister officiorum Constantinopoli Marcellus fuit et reliquae leges ad Hosium mag. off. datae sunt a. 396—398*

---

VI, 27, 8 (396 Ian. 26).

IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. In numero agentum in reb[*us*] crescant, quos
comitum secundi ordinis vel cubicul[*ari*]orum nostrorum primi dumtaxat loci vel tribu-
no[*rum*] urbanicianorum petitio fecerit militare, ita ut urba[*ni*]cianis semel tantum per
anni totius spatia suffragandi licentia sit: ceteros diversorum officiorum ab omni copia
1 huius petitionis excludimus. Celsioris vero militiae ac fastigii viros numerari non
necessarium fuit, cum eos, quos superius numeravimus, inserendo non unde incipere, sed
2 quousque procedere quod inferioribus denegatum est, curaverimus exprimere. Sed et
sumentibus ducenariis principatum hanc tribuimus facultatem, ut his pro se liberos ac
fratres suos in eadem militia serenitatis nostrae nutu liceat conlocare. DAT. VII KAL. FEBR.
CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

1 osio *R* 6 nomerauimus *R* 6/7 inciperet sed q. procederet *Haenel* 9 eademilitia *R*

---

VI, 27, 9 (396 Ian. 31).

IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. Is, qui nutu nostro in schola agentum in rebus
augmenta perceperit, in eo gradu, in quo promotus est, ultimus habeatur nec praepona-
q. 36 f. 6' tur | [*alt*]eri, qui in eodem gradu militiae primus antea milita[*vit.*] EMISSA PRID. KAL. FEB.
CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*

1 osio *R* is] in *R* 3 primus antea] *scr.* prius

---

VI, 27, 10 (396 Febr. 27).

[*IDEM AA.*] CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Inter eos, qui consularitatis gesserint [*di*]gnitatem, et eos, qui meruerint principatum, is gradu po[*ti*]or habeatur, qui prior locum dignitatis acceperit. Quam sanc[*ti*]onem omnia debebunt officia custodire, non defutura poena quindecim librarum auri, quam in contumaces olim divalis sanctio definivit. DAT. IIII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R et inde a v.* 3 non defutura APP. II, 1 *Krueger (codd. E et Berol. 207)* 'ex corpore Theodosiani lib. VI tit. XXVII . . . ad locum'.

1 idem āā] *R,* impp. arcadius et honorius *App.* caesari *App.* 5 constp] *R,* consul *App.*

VI, 27, 11 (399 Mart. 16).

[*IDEM A*]A. HADRIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Consultissima definitione statuimus, ut exsecutionem agentis in rebus inconsultis nobis nemo mereatur, concessam vero quisquam revocare non audeat. DAT. XVII KAL. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*R*

1 ofcíciorum *R* 2 concessam] *Gothofredus,* concessum *R* 3 cons.] cos. *R*

---

VI, 27, 12 (399 Oct. 25).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentum in rebus schola nobis maxime necessaria nullo beneficio impetrati muneris utitur, quo sibi in ordinem splendidissimae curiae praestitam humanitate licentiam vindicaret, cum divae memoriae pater noster isdem agentibus in rebus voluerit esse consultum. Magnificentia igitur tua ordinum iudices admonebit, ut his lex divae memoriae patris nostri inviolata servetur. DAT. VIII KAL. NOV. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*R*

2 nollo *R* 2/3 quo sibi in ordinem splendidissimae (spend- *R*) curiae praestitam humanitate licentiam vindicaret] *requiruntur talia:* quo sibi in ordine spl. curiae praestitam inmunitatem *(sic fere Goth.)* licet iam vindicare 4 hisdem *R, scr.* in his 5 his] *scr.* in his 6 conss. *R*

---

VI, 27, 13 (403 Iul. 1).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentibus in rebus, qui post iugis militiae tempus veluti praemium laboris exacti gesserint principatum, etiam illud beneficio nostrae liberalitatis adiungimus, ut conlatione iuniorum, qui nuper honoratis indicti sunt, ea dumtaxat condicione habeantur exortes, si post principatus officium nulla ulterius honoris fuerint administratione perfuncti. DAT. KAL. IVL. RAV(ENNA) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

*R*

2 primium *R* 3 conlatine *R*ᵃ 5 ulterius] alterius *Haenel*

---

VI, 27, 14 (404 Iun. 30).

q. 36 f. 7 IDEM AAA. ANTHEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Nullus de schola agentum | in rebus de cetero locum mortui conetur invadere, s(ed) is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad g(ra)dum militiae sequebatur, statim atque illum fata s(ub)duxerint, in eius praemia percipienda succedat om(ni) obreptione cessante. DAT. PRID. KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONO[*RIO*] A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 20, 1.

1 aa. *R* 2 is] his *R* 5 aristeneto *R*

---

VI, 27, 15 (412 Dec. 7).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. NAMATIO MAGISTRO OFFICIO[*RVM*]. Omnes omnino agentes in rebus, quibus vel spatium [*com*]meatus vel iniuncti negotii tempus emensum est, ad comitatum reversi adprobent causas necessariae ta[*r*]ditatis, ut diligenti constet examine, qui ordinem s[*uum*] tenere mereantur. Quod nisi intra diem kalendarum Febru-

3 *post* ad, *in quo versus hodie finit, spatium videtur vacavisse*

ariarum fecerint, in perpetuum matriculis eximentur. Meminerint igitur rectores provinciarum per singulos agentes in rebus senas auri uncias eruendas, si in provincia sibi credita quemquam huiusmodi desertorum post diem praestitutum latere permiserint. Ideoque sub prosecutione latitantes transmittant, ut tandem aliquando ad comitatum retractos non sola percellat iactura militiae. DAT. VII ID. DEC. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. C[*ONSS.*].

*R*

3 praetitutum *R* 4 prosecutione alatitantes *R* tamdem *R*ª 5/6 theodosio u] theodosio iu *R*

---

VI, 27, 16 (413 Oct. 8).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Nemo post insignia principatus, quae
stipendiis ac sudore promeruit, nec revocari ad originem, si forte natus est curialis, nec
nominari, quod nefas quidem dictu est, perhorrescat. In medio sane militiae tempore
si quem huiusmodi lis iurgiumque perculerit, sua defensione nitatur, nec enim ordines
1 civitatum suis decurionibus passim spoliari oportet. Quod si forte quis, ut adsolet,
honorarii principatus insignibus inpetratis isdem privilegiis uti voluerit, ita impetrata
q. 36 f. 7' largitate | [*fru*]atur, si incassum se pulsari sub iudiciaria cogni[*ti*]one probaverit, nisi forte
annosa militia et longa [*st*]ipendiorum mole vexatus et in ordine non temnen[*dae*] militiae
constitutus principatum non ut laborum [*com*]pendium voluit expectare, sed ut portum
2 quietis maluit indipisci. Quod etiam in his custodiri oportet, qui [*a*]rmata militia per-
fruuntur, ita ut divi Valentiniani [*c*]onstitutio valeat potianturque et ipsi fructu stipen-
3 diorum suorum, si eadem sine ullo naevo excusationis incurrere valuerunt. Sed his
addimus, ut, si quis ex lucrativa causa de substantia aliquid perceperit curialis, pro con-
tingenti portione onera, quae huiusmodi facultates secuntur, et universas describtiones
sustineat. DAT. VIII ID. OCT. LVCIO V̄. C̄. CONS.

*R*

1 antemio pp *R* 3 dictu] *Gothofredus*, dictum *R* 4 ordinis *R*ª 6 hisdem *R* | 13 subtantia *R*ª curiales *R* 15 conss. *R*

---

VI, 27, 17 (415 Nov. 11).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Merito magnificentia tua concessam sibi pridem a nostra maiestate licentiam pro removendis his, quorum consortio agentum in rebus schola laborabat, ad nostram denuo auctoritatem credidit revocandam. || Nulli ⸢igitur⸣ posthac sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia, nam probata schola et animadversionem vereri iudicis et nullam debet timere contumeliam vilitatis. DAT. III ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

IVST. || *inc.* ⸢ ⸣ *om.*

*R.* — IVST. 12, 20, 2.

1 aa.] aaa. *Iust.* magnifecentia *R* 4 discengendi *R* 5 scola *R*

---

VI, 27, 18 (416 Ian. 20).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Ad scholam agentum in rebus passim plurimi velut ad quoddam asylum convolarunt, quos vita culpabiles et origo habet ignobiles et ex servili faece prorupisse demonstrat. Et quoniam sublimitati tuae adnuimus eam, quam
q. 36 f. 8 quaesierat, potestatem, | adhibenda est conpetens medicina, ut expl[*oratio*]ne diligenter

1 adcholam *R*

agitata discingendo abicias punia[*sque co*]hercendos, quo remotis abiectis pessimis crimin[*osis*], spectata militia in statum pristinum revocata[...*no*]rum virorum collegio frequentetur. DAT. XIII K[*AL.*] FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

*R*

1 discingendos *malim*

---

VI, 27, 19 (417 Nov. 27).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Agentum in rebus indisc[*reta*] merita esse non sinimus nec indignos frui privileg[*iis*] laborantum. Ideoque sancimus, ut nullus ex his emend[*ica*]to suffragio ad honorem principatus audeat adspira[*re*], nisi quem ordo militiae ac laborum testimonium a[*d*] hunc honoris gradum provexerit. Quod si quis corpor[*is*] inbecillitate quassatus eoque modo laboris inpatien[*s*] longam militiae seriem tolerare non patitur, is non ante dignitatem principatus honorariam mereatu[*r*], quam si XX annorum stipendia conplevisse scholae totius adtestatione docuerit. Hos sane, qui quoquomodo per ambitionem sine ullo stipendiorum suffragio memoratam principatus adepti sunt dignitatem, post eos, qui laborum merito consecuti sunt, numerari decernimus. DAT. V KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

*R*

5 corporis] *Gothofredus*, corporali *Cuiacius* inpatien[s]] *R*, inpatientia *Cuiacius* miliae *R* | 7 uiginti] xxti (*non* xxu) *R* conpleuisse] *scr.* conpleuisse se 9 consicuti *R*

---

VI, 27, 20 (426 Dec. 23).

IMPP. THEODOSIVS ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HELIONI PATRICIO ET MAGISTRO OFFICIORVM. Qui ex agentum in rebus numero militiae ordine ac labore decurso ducenae dignitatis meruerit principatum, aut qui viro inl(ustri) magistro officiorum ut probatus fuerit adiutor eo tempore, quo iam honoratis viris coeperit adgregari, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, honore potiatur, conservatis sine dubio veteribus privilegiis divorum in eos
q. 36 f. 8ᵛ principum largitate | [*con*]latis. DAT. X KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSI)O XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*R*

3 principatam *R* uiro inl. mag. off. ut] *fortasse scr.* mag. off. v(iro) i(nlustri)

---

VI, 27, 21 (426 Dec. 23).

[*IDEM AA.*] HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque inpleto militiae suae ordine [*ac l*]abore finito ad ducenae pervenerit principatum, quis[*que*] magistri officiorum iudicio probatus adiutor extite[*rit*] tempore, quo iam honoratorum virorum coetibus in[*s*]eritur, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, in[*f*]ulis perfruantur, privilegiis procul dubio isdem, qui[*bus*] antehac usi videntur, reservatis. DAT. X KAL. IAN. THEO[*DO*]SIO XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*R*

2 quis[que]] *expectes* quive 4 in[f]ulis (*sic Vesme recte,* insignibus *Cuiacius*) *R* 5 his- | dem *R* ian.] in *R*ᵃ 6 aa.] aagg *R*

---

VI, 27, 22 (428 Ian. 31).

[*IDEM A*]A. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Agentum in rebus schola, quae nostro iudicio vicarianam dignitatem adepta est, id quidem suos primates post stipendiorum finem mereri non ambigat. Verum amplissimi ordinis adsertioni pareat, ut quoniam ii, quos

3 quoniam] *scr.* quando hii *R*

militiae finis ad principatus honorem adduxit, senatoriis se aestimant functionibus eximendos, in priore dignitate permaneant, cuius inmunitatem amplexi sunt. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) TAVRO ET FELICE CONSS.

*R*

1 finis] nis *R*ᵃ 2 amplesi *R*

---

VI, 27, 23 (430 Apr. 16).

IDEM AA. PAVLINO MAGISTRO OFFICIORVM. Cuncta, quae super agentum in rebus militia ordine loco numero statuisti, amplectimur. Inl(ustris) igitur auctoritas tua, quae novellae matriculae super statutorum numero vel ordine confirmando quaeque de reliquis ordinandis huius legis sanctione decernimus, naviter servanda et custodienda cognoscat, videlicet ut statutorum numero in mille centum septuaginta quattuor nominibus adsignato, qui recenti matricula definitus esse cognoscitur, reliqui, qui extra memoratum statutorum numerum positi esse noscuntur, ita concessa potiantur militia, ut ii quoque certis locis
q. 37 f. 1 laborum ac stipendiorum meritis conlocati vacantes praeeuntium gradus obsequendi | ordine mereantur. Nec tamen ii, qui plurimis [*ius*]tissimisque causis matricula videntur exclusi, mi[*litia*], quae eis humanitatis intuitu sub huiusmodi form[*a in*]dulta est, tamquam penitus spreti aut abiecti de[*iciantur*]. Quibus beneficii loco ponendum est, quod, cum ter ed[*icto*] vocati non venerint, tamen eis militare permissu[*m est*]. DAT. XVI KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. XIII ET QVI FVERIT NVN[*TIATVS*].

*R*

2/3 nouella matricula super *Gothofredus*, super novellae matriculae *ego* 5 hominibus *Gothofredus* 7 hii *R* 9 hii *R* 10 paenitus *R* 11 de{ (deiciantur *Cuiacius*, destituantur *Vesme*) *R* ter ed••• (edi••• *Vesme*) | uocati *R*, tertio euocati *Cuiacius* 12 permissum est] (*sic recte ut vid. Vesme, sed* issu *dubium;* permisimus *Cuiacius*) *R*

## XXVIII. DE PRINCIPIBVS AGENTVM IN REBVS.

*Iust.* 12, 21.

VI, 28, 1 (379 Aug. [?] 4).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VIC(ARI)VM VRB(IS). Nemo officialium in munus aliquod nisi principe ordinante mittatur. Si quis autem scriniariorum vel cuiusquam alterius loci quemquam officialium in aliquod munus principe nesciente direxerit, trium librarum auri condemnatione plectetur. DAT. PRID. NON. AVG. TREVERIS, ACC. VII ID. SEPT. ROMAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

*R.* — BVRG. R. 30, 1.

5 triuerim *R* *mensis et locus cum non conveniant, in altero utro erratum est.*

---

VI, 28, 2 (380 Mart. 12).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Agentes in rebus, si principatus sorte deposita forsitan provinciae gubernacula isdem non evenerint, par erit salutationis loco his quidem, qui praesidatum gesserint, cedere, sed eos, qui rationales fuerint, prae-
q. 37 f. 1ʹ venire. P(RO)P(OSITA) IIII ID. MART. HADRVMETO DD. NN. | GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

*R*

2 sorte] *Gothofredus*, forte *R* hisdem *R* 4 a. *post* theodosio *om. R.* — *Subscriptiones duae haec et altera 6, 35, 10 vix cum inscriptione conciliari poterunt, nam praefecturam eo anno Probus non videtur administrasse.*

I, 28, 3 (386 Febr. 28).

[*IDEM A*]A. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus. Atque ideo officialis tam ad necessitates publicas quam privatas non nisi principe mittatur auctore nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum. DAT. PRID. KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

*R.* — IVST. 12, 21, 1.

1 et arcadius a. *abest a iuncta* 6, 26, 4 2 muneramus] *R*, remuneramus *Iust.* officialis] *Iust. (IX)*, officiales *R* 3 mittatur] *R* | *Iust. ($I^bX$)*, mittantur *Iust. ($KI^a$)* 5 euuodio *R*

I, 28, 4 (387 Sept. 8).

[*IM*]PPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PINIANVM PRAEF(ECTVM). Nulla exsecutio sine adnotatione principis usurpatione officii concedatur, hoc adiecto, ut, || etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit inpertita, || adscribtio tamen principis executionem fieri oportere demandet. Quae definitio si fuerit praeterita, decem lib(ras) auri fisco nostro ab officio sinceritatis tuae statim iubemus inferri. Qua admonitione || etiam causarum patronos volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant neve sub unius persona susceptis fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertemptent ⌈. DAT. VI ID. SEPT. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
|| *finit*
|| *redit*

⌈ quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri IVST.

*R.* — IVST. 12, 21, 1.

2 adotatione *R* concidatur *R* 4 principes *R* fierit portere $R^a$ 6/7 caus. et. *Iust.* | 7 conuentus $R^a$ 8 susceptis] *scripsi*, suscepti *R Iust.*

VI, 28, 5 (395 Mai. 21).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODOTO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad principes specialiter revocari praecipimus, actus vero ceteros, qui in sacratissimo coetu senatus tractari consuerunt, censualium sollicitudine celebrari nec aliquid praeiudicii ex subreptivo rescribto supplicibus inferri. DAT. XII KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS.

*R.* — IVST. 12, 21, 2.

3 in *om. Iust.* 4 consueuerunt *Iust.* nec *bis R* praeiudicium *Iust.*

VI, 28, 6 (399 Nov. 12).

q. 37 f. 2 | IDEM AA. AD ANATOLIVM P(RAE)F(ECTVM) ILL(YRICI). Crebrae a nobis legis missae su[*nt, ut*] sine notione principum, qui de agentum in rebus numer[*o ad*] gubernanda officia diriguntur, nulla urgentium re[*rum*] praeceptio, quae de iudicio prolata fuerit, impleatur, si[*qui*]dem deceat diuturno fatigatos obsequio hac saltem co[*n*]solatione fulciri, ut adiuti commodis de principatu dis[*ce*]dant. DAT. PRID. ID. NOV. THEODORO V̄. C̄. CONS.

*R*

1 cribrae *R* 1/2 su[nt ut]] *R* (*supplevit Haenel*) 2 nomer} *R* 4 diuturno] *Gothofredus* (*et superscr. manu rec. in R*), diurno *R* | co[n]sulatione *R* 5 comodis $R^a$, conmodis $R^b$ conss. *R*

VI, 28, 7 (410 Sept. 25).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Proconsu(la)ris apicis dignitatis adiectione principes ⌜agentes⌝ in r(ebus) praecipimus decorari. DAT. VII KAL. OCT. RAV(ENNA) VARANE V̄. C̄. [CONS.].

⌜agentum⌝ IVST.

---

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 21, 3.

1 palladio] arcadio *Iust. (Russ.)* 2 apices dignitates *R* principis *R*

---

VI, 28, 8 (435 Ian. 29).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ex (a)gentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi aestimant, etsi saepe eodem officio fuerint ante perfu(ncti).
1 Et si qui agens in rebus post XXV annorum curricula ob adve(r)sam corporis valitudinem militiae finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio scholae prosilierit, isdem eum privilegiis muniri censemus, quibus ii, qui ad
2 principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus, nihil censualibus vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tamquam in actu principatus fuerint versati, vicenarum librarum auri condemnatione ⌜ proposita. DAT. IIII KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

⌜ contra eos IVST.

EODEM EXEMPLO ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O, REGINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILL(YRICI), LEONTIO P(RAEFECTO) V(RBI), THEODOTO COM(ITI) AEGYPTI, ABTHARTIO COM(ITI) OR(IENTIS), CLEOPATRO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI, HESYCHIO PROCONS(VLI) ACHAIAE, EVSTATHIO VICARIO ASIAE, NECTARIO VICARIO PONTICAE.

---

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 21, 4.

2 haberae leceat *R* 3 *post* probatam *fortasse litterae exciderunt in R* 4 quis *Iust.* ualitudinim *R* 6 prosilerit hisdem *R* hii *R* | 9 posterioris *R* 10 prinpipatus *R*[a] 12 theodosio] thed̄ *R* 13 ppo̅o̅ il̄l̄ *R* 15 hesychio] *Cuiacius,* esycio *R*

q. 37 f. 2'

## | [XXV]IIII. DE CVRIOSIS.

*Iust.* 12, 22.

VI, 29, 1 (355 Iul. 22).

[*IM*]P. CONSTANTIVS A. AD LOLLIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ii, quos curagenda[*ri*]os sive curiosos provincialium consuetudo appellat, proprio arbitrio quos esse reos putaverint, feralibus car[*ce*]rum tenebris mancipare non dubitant. Memorati [*ig*]itur || curiosi et stationarii vel quicumque funguntur (h)oc munere crimina iudicibus nuntianda meminerint et sibi necessitatem probationis incumbere, non citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset ergo prava consuetudo, per quam (c)arcari aliquos inmittebant. DAT. XI KAL. AVG. MED(IOLANO), ACC. [*X*]II KAL. SEPT. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

IVST. || *inc.*

---

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 22, 1.

1 hii *R* 2 curiosus *R* 5 nuntiandam *R*

VI, 29, 2 (357 Apr. 17).

[*I*]DEM A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM. Agentes in rebus in
curis agendis et evectionibus publici cursus inspiciendis nostrorum
memores praeceptorum credimus in omnibus velle profutura rei
publicae. || Sed accedunt ex officio mirandae prudentiae tuae, qui
parem sibi licentiam vindicent; contigit etiam, ut vicarii quoque
mittant ex officiis suis huiusmodi negotiis operam praebituros.
Adimatur ergo haec licentia facinoribus et officiis universis cura-
rum publici cursus copia denegetur, nam || ⌈ solos agentes in
1 rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere ⌈||. Nec vero
multos esse per singulas provincias iussimus, quippe sufficit duos
tantummodo curas gerere et cursum publicum gubernare, ut, licet
in canalibus publicis haec necessitas explicetur, numerus tamen
2 amplior esse non debeat. || Hi vero pervigili diligentia provi-
debunt, ne quis ⌜citra⌝ evectionis auctoritatem moveat cursum
vel amplius postulet, quam concessit evectio, || ut habens unius
. 37 f. 3 copiam raedae flagitet | duas, aut raedam usurpet, cui birotum vel
veredum [*postu*]lare permissum est. || Quisquis igitur aliquid tale
3 perpet(ra)re temptaverit, inprobi coepti privetur effectu. Demo(n-
s)tretur etiam iudicibus vel curiosis evectio, etsi quis nob(is) iubenti-
bus festinare memoret in obsequium necessar(ium), nec praevaleat
4 contumacia vel dignitas. || Contin[*git*] etiam in cursu clavulari,
ut forte quis pro animali[*bus*] minime praebitis pecunias pendere
cogatur lucro ei[*us*] qui cursui praesederit, inprobe vindicandas.
|| Ergo num(mum) vetamus exposci pro animalibus in cursu minime
co(ns)titutis. Quod si forte aliquis aestimaverit perpet(ran)dum,
eius quadruplum quod accepit inferre cogatu[*r*.] DAT. XV KAL. MAI. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CON[*SS*.].

IVST.
|| *finit*
|| *redit* ⌈ ideoque ⌈ et non ab alio penitus officio *fin.*
|| *redit* ⌜contra⌝
|| *finit*
|| *redit*
|| *finit*
|| *redit*

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 22, 2.

1 taurum] *R Iust. (Ambros. E 28 inf.)*, taurum ppo *Iust. (Russardus)* 2 auectionibus *R* 6 praebeturos *R* 7 facinoris *malim* 7/8 curarum] *scripsi*, curarumque *R* 16 cupiam raede *R* duas] mulas duas *errore Cuiacius* redam *R* 18 essectu *R*ᵃ 19 etiamsi *Iust.* 21 contingit] *Gothofredus*, contintin ! *R* clabulari *R* 23 cursi praesiderit *R* 25 aestimauerit] *Iust.*, peraestimauerit *R* 26 accept *R*ᵃ

VI, 29, 3 (359 Nov. 30).

IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Per id tempus, quo cursus tuendi so(l)licitudinem
sustinetis, condemnationes praefectorum praetorio ⌜erga⌝ eos solos inritae sunt futurae, qui servaverint honestatem; erga eos vero, qui inhoneste et contra decus saeculi vel honorem militiae versabuntur, non solum condemnatio mansura est, verum etiam, ⌜si ad nostrae serenitatis notitiam culpabilia gesta pervenerint, in eos erit acrius vindicandum⌝. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. DEC. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

⌜circa⌝ IVST.
⌜gravior poena statuenda⌝ IVST.

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 22, 3.

1 per] rer *R* 2 condemnationis *R* praetorio *om. Iust. (Lat.)* 3 solus *R* 4 inhonestae *R*

VI, 29, 4 (359 Nov. 30).

IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Cesset omnis ambitio atque suffragium in schola vestra. Etenim cuncti ita agere debebitis, quatenus labore atque ordine ad cursum

1 inchola *R*

regendum et ad curas agendas iudicio scholae et ordinis merito dirigamini, ita ut nihil vestri principis ex his, quae geri in re publica videritis, notitiae subtrahatis, scientes poenis eum debitis subiugari, qui tantum facinus ausus fuerit perpetrare. P(RO)P(OSITA) EODEM DIE IISDEM CONSS.

*R*

2 pulica *R*ᵃ scientis *R* 3 subiugatum iri *Gothofredus* 4 hisdem *R*

---

VI, 29, 5 (359 Oct. 31).

q. 37 f. 3' |....... In his dumtaxat provinciis, in quibus cursus a provincialibus exhibetur, quoniam avaritiae occurri paene [i]am non potest, singulos solidos per singulas raedas, id [es]t quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis per id tempus, quo curarum et cursus tuendi sollicitudinem sustinebitis. E cursu vero clavulari singu[l]as angarias, in his scilicet stationibus, in quibus cursus est conlocatus, ad exhibendam humanitatem venientibus excusetis. Nec quis audeat contra praeceptum hoc amplius accipere aut sperare quicquam aut aliquid excusare ultra, quam continet forma praecepti. DAT. PRID. KAL. NOV. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

*R*

1 *ante* in *vacuum spatium* (*vix ante id spatium adfuit initio* i̅d̅ a̅) *in R* 2 uaritiae *R*ᵃ | sigulos *R*ᵃ 4 clabulari *R*

---

VI, 29, 6 (381 Febr. 3).

[*I*]MPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLORVM MAGISTRVM OFFICIORVM. Felicis natalis nostri die iidem ut principis primi quoque scholarum mittantur ad provincias curiosi anniversarium munus acturi, ita caute atque ita sollerter, ut sub binorum tantum copia veredorum, ultra usurpatione cessante, ne capita contrahantur, remotas quoque peragrent stationes et callida machinamenta commeantium ac simulatae observationis ingenia et fraudes depellant. DAT. III NON. FEB. CONS(TANTINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*R*

2 itidem ut principes primi quoque scholarium *Gothofredus* 4 usurpatione] *Gothofredus*, | usurpationem *R* 5 peragrent] *Gothofredus*, peragent *R*

---

VI, 29, 7 (390 Mai. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quia vel honore militiae vel fiducia iussionis agentibus in rebus maiorem ad obsistendum remur futuram esse constantiam, ex his, quos in eminentioribus tantum urbibus sollicitudinem cursualem agere mandavimus, magnificentia tua noscat unum esse considerandis transeuntium evectionibus relictum neque eos quicquam ultra hanc formam in cursum

q. 37 f. 4 |habere commune. DAT. V KAL. IVN. VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEO[*TERIO CONSS.*].

*R*

1 *duarum constitutionum a. 390 huius et 10, 18, 3 cum altera certe ad partes Orientis pertineat, per eos autem annos praefecturam Orientis obtinuerit Tatianus, videntur datae esse ad* | *praef. praetorio Illyrici* 2 quia] *Gothofredus*, qui *R* ad] ab *R* 4/5 considerandis] *Gothofredus*, considerandi *R* 5 uectionibus *R*ᵃ 5/6 forma in cusum *R*ᵃ

---

VI, 29, 8 (395 Mai. ...).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCELLO MAGISTRO OFFICIOR[*VM*]. Agentes in rebus singulos per singulas provincias mi(tten)dos esse censemus, quibus tamen inspiciendarum

1 marcello mag. off.] *is ipse est cuius extat* de medicamentis *liber cum praescripto* Marcellus v. inl. ex magistro officiorum Theodosii senioris | filiis suis salutem dicit 2 tamen] tam *Iust.* inspiciendarum] *Iust.*, speciendarum *R*

e(vec)tionum tantum debeat cura mandari, ut nihil pro(rsus) commune aut cum iudicibus aut ┌ provincialibus habe(ant). Nec naves debebunt inlicita concussione vexare ne(c li)bellos aut contestationes ┌ suscipere aut in carcare(m) quemquam trudere, sed cursui solum vacare. DAT. ••• KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

┌ cum IVST.

┌ litis gratia┘ IVST.

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 22, 4.

4 contestationes] *R*, attestationes uel contestationes *Iust. (X)*, attestationes *Iust. (I)*, testationes *Iust. (K)* 5 trudere] *Iust.*, tradere *R*

---

I, 29, 9 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Cursus publici praeposito[s sci]re praecipimus, si sibi et militiae suae consulunt, n[*ihil*] eos contra veterem disciplinam debere prae-
1 sume[*re*]: cui cum generatur iniuria, haut dubie sacrilegii crim[*i*]ne obligantur. Libera quin etiam facultas mancipi sit contemplatione proprii discriminis coempta sanitate robusta usui cursus animalia sua sollicitudine pra[*e*]parare. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. MART. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V. AA. CONSS.

*R*

2 uerem *R*ᵃ 4 coemta *R*ᵃ 5 rubusta *R*

---

I, 29, 10 (412 Nov. 9).

IMPP. HONORIVS ET THEO(DOSIVS) AA. SYNESIO. Constitutione cessante, qua super curiosis ex viri inl(ustris) comitis et magistri officiorum iudicio dirigendis intra certum numerum forma concluditur, antiqua consuetudo servetur, ut curiosi idonei per diversas regiones atque provincias, litora insuper portusque et loca alia transmittantur, conmonitoriis competentibus atque mandatis instructi pro administratione tuae sublimitati commissa proque huius legis auctoritate. Ad quod nos ablatarum imperialium specierum movit occa-
q. 37 f. 4' sio, ut inpensiorem sollicitudinem adhiberi mag|nopere iuberemus, quo idoneus quisque a tua magnificentia destinatus inter alia adiuncta et congrue procuranda haec quoque studeat observare. DAT. V ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

*R*

1 Synesio] *comiti sacr. larg. teste chronico Alexandrino ad a. 412* 3 consuitudo *R* 4 comonitoriis *R*ᵃ 5/6 proquae *R* 6 ablaturum *R*ᵃ

---

VI 29, 11 (414 Mart. 3).

[*IDEM A*]A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Curiosos praecepimus removeri. || Curialibus ˹insuper˺ et naviculariis omnibusque corporibus ita subveniri volumus, ut nihil apparitoribus universorum iudicum liceat, ˹qui ex collecta provincialium praeda ad maiores militias festinant˺. DAT. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ˹*om.*˺

˹quod ad praedam provinciarum pertinet˺.

*R.* — IVST. 12, 61, 4.

2 insuper] inper *R*ᵃ

VI, 29, 12 (415 Ian. 8).

[*IDEM AA.*] PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Dalmatiae litora omnesque insulas eorum qui sibi curas vindicant enormibus commodis praegravari conpertum est, ut nullus audeat ad loca tutiora etiam acerbitate temporis cogente succedere. Atque ideo omnes omnino ex memoratis partibus censemus removendos, ut securitas antiqua vel consistentibus vel conmeantibus reparetur. Si qui igitur ausus fuerit post hanc praeceptionum formam id officium, a quo depulsus est, usurpasse, ferro vinctus ad vindictam cura iudicum dirigatur ad sacratissimum comitatum. DAT. VI ID. IAN. RAV(ENNA) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

---

*R*

3 aceruitate *R*   adque *R*   4/5 uel conm.] et conm. *R*ᵃ   7 ian.] an *R*ᵃ

q. 37 f. 5 | XXX. DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM ET RERVM PRIVATARVM.

*Iust.* 12, 23.

VI, 30, 1 (379 Febr. 24).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. H(AVE) ASELLE K(ARISSIME) N(OBIS). Palatini omnes, quos consistorii nostri comites propter diversas necessitates ad provincias di[*ri*]gendos putaverint, sine ullo metu iudiciariae [*com*]motionis propter quae diriguntur impleant; conv[*e*]niendis iudicibus more sollemni. DAT. VI KAL. MART. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

---

*R*

1/2 have aselle k. n.] *scripsi,* haselle (h *non est expuncta*) k̄ n̄ (*sic Vesme probabiliter,* pu *Gothofredus*) *R*: *mag. incertus*

---

VI, 30, 2 (379 Iul. 6).

IDEM AAA. PANCRATIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Prisco iam nunc ordine revoca(to) de palatino potius officio ad gerendum principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, si ⌐secus se⌐ gesserit, vereatur. [⌐inhonestum aliquid⌐ IVST.] Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. DAT. PRID. NON. IVL. SCOPIS AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

---

*R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 23, 3.

1 aa. *R*

---

VI, 30, 3 (379 Aug. 19).

IDEM AAA. CATERVIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Primicerii scriniorum, receptoriorum etiam, per triennium iuxta instar sacrorum scriniorum administratione fungantur, ita ut nullus ambitu tempora aevi longioris usurpet. DAT. XIIII KAL. SEPT. BAVXARE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

---

*R*

3 nul | nulus *R*ᵃ   tempora eui *R*ᵃ

,30, 4 (379 Dec. [?] 6).

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis nostrae clementiae, quicumque a ⌜consistorianis⌝ comitibus diriguntur, commune atque coniunctum sit, sed excepta reverentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus ⌈⌜rectori provinciae⌝ debetur atque defer-
1 tur, suis quisque necessitatibus obsecundet. || Nec
Y f. 5' temere apparitor provincialis debiti reum, | quem rationalis officium ad solutionem cogit, abducat. DAT. VIII ID. DEC. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

IVST.
⌈et in provincia degentibus ⌊*finit* | ⌜rectoribus provinciarum⌝

*R.* — IVST. 12, 23, 4.

3 sit *ante* commune *Iust.* 6 suis] sus *R*ᵃ 8 *pro mense* Dec. *fortasse scr.* Feb., *quo tempore Gratianus Sirmii fuit; etiam Hesperius ante eum mensem praefecturam videtur deposuisse.*

VI, 30, 5 (383 Oct. 11).

[*IDEM*] AAA. NEBRIDIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quidam post inpletum ordinem militiae palatinae, quam gesserant, honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi relinquatur occasio, sed unusquisque eius scrinii, quod primum militando delegit, ordinem persequatur nec in alterius loco finem militiae requirat, qui iam proprii ordinis transegerit principatum. DAT. V ID. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*R.* — IVST. 12, 23, 5.

3 reliquatur *R* 4 elegit *Iust.*

VI, 30, 6 (384 Oct. 26).

[*IDEM*] AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat isdem aliquid iniungere et praeterea provinciarum rectores prohibeat quicquam ulterius tale conari. DAT. VII KAL. NOV. MED(IOLANO) POST CONS. MEROBAVDIS II ET SATVRNINI.

*R.* — IVST. 12, 23, 6.

1 officio *Iust.* excellentia tua] *Iust.*, excellentia *R*ᵃ, excellenti tua *R*ᵇ 2 paenitus *R* hisdem *R* 3 rouinciarum *R*ᵃ tale] *R*ᵇ *Iust.*, teli *R*ᵃ 4 conss. *R* ii] secundi *R* saturnini] satnini *R.* — *Propter subscriptionem hanc alteramque 11,13,1 a. 384 conferendus est Tillemontius (Theodos. I not. 19); in hac mensis videtur corruptus esse collatis inscriptionibus praefectorum praetorio Praetextati (6, 5, 2) et Attici (13, 1, 12)*

VI, 30, 7 (384 Iun. 10).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scribtas decernimus dignitates, ut his contenti ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam valuerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus postulari nec amplius quicquam praesumi.

1 BREVIS. Quas dignitates per singula scrinia officium sacrarum largitionum habere ⸢statutum est⸣. | ⸢statuimus hic est⸣ IVST.

Scrinium exceptores perf. ord. p̄. ñ. I. ducenarii n. II.

q. 37 f. 6 Scrin. tabulariorum perf. ord. III. centenarii ñ. II. perfectiss̄. ord. III. | n. I. perfectiss. cum consulares ñ. II. epis[*tu*]larii n. II. ducenarius ñ. I. ducenarius n. I.** forma prim. ñ. III. centenarius ñ. I. centenarii ñ. II. form. sec. ñ. II. epistulares ñ. I[*II*] epistulari ñ. III. form. III. ñ. II. forma I. ñ. III. forma prim̄. n. VI.

Scrinia cañ. form̄. sec̄. ñ. III.

Mittendarii form. sec̄. ñ. V. perfectiss̄. sāl. ñ. III. ducenarii ñ. II. formae tertiae ñ. III. centenarii ñ. **. centenarii n. VI.

Scriniarii numeror. epistu[*la*]res ñ. III. epistular. n. XII. perf. ōrd. secundi ñ. I. formam prim. ñ. IIII. form̄. prim. ñ. X** form. sec. ñ. IIII. form̄. sec̄. ñ. XLII. DAT. IIII ID. IVN. HERACLIAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

---

*R. — Iust.* 12, 23, 7 *(dedi ad editionem Kruegerianam interposita varia lectione librorum duorum Vaticani Palatini 767 = V et Berolinensis Lat. fol. 18 = B, qui reliquis non sunt inferiores; nam mirum in modum (observes variam lectionem cap. 7 fin. in B) codices consentiunt in laterculo hoc quamquam recentissimi omnes, modo a compendiis abstrahamus. Scilicet archetypi* perf(ectissimus) *factus est in parte priore (c. 1—8) plerumque (non semper)* perfectus, *in parte posteriore (c. 11—17) per libros omnes constanter* per formam; *archetypi quod fuit* ord(inis) *non raro fit* ordo, *aliquoties videtur absorptum esse a praecedente formula* per formam; p(rimi), s(ecundi), t(ertii) *vocabula in archetypis non numeris repraesentata, sed litteris primis passim perierunt;* i *numerus et* id est *formula per primam litteram significata passim permutantur; denique terminationes omnes librarii ad arbitrium inmutarunt, exempli causa pro* cent. *ponentes modo* centenarius *modo* centenarii. *Hanc compendiorum diversitatem ego suppressi).*

---

4 ualuerit] *Iust.,* uoluerit *R* 6 officium] *R Iust. (IX),* officiorum *Iust. (K)*

*Laterculus in archetypo scriptus per ordines plures iam pessime perturbatos etsi certo restitui nequit, aliquatenus tamen priora, si sumimus continuam scripturam finivisse ante* scrinium tabulariorum, *ita poterit redintegrari:*

| | | |
|---|---|---|
| scrin. tabulariorum | perf. ord. III | centenarii n. II |
| perfectiss. ord. III n. I | perfectiss. cumconsulares (?) n. II | epistularii n. II |
| ducenarius n. I | ducenarius n. I | form. prim. n. III |
| centenarius n. I | centenarii n. II | form. sec. n. II |
| epistulares n. I[*II*] | epistularii n. III | form. III n. II |
| forma I n. III | form. prim. n. VI | scrinium canonum |
| form. sec. n. III | | |

2 Scrinii exceptorum
perf. ord. secundi (*scr.* primi *secundum Theodosianum*) n. I
id est primicerius omnis scholae
perf., id est (perf. id *V*, perfectissimus unusquisque *B*) primicerius exceptorum n. I
ducenarii II
id est (idem *B*) tertiocerius et quartocerius (unus *ins. B*)
centenarius I
id est (id est *om. B*) primicerius instrumentorum
epistulares n. II
formae primae n. XXXVI (xxxui et *B*, xxui *V*)
formae secundae n. IIII
formae tertiae n. III

3 Scrinii numerorum
perf. ord. tertii n. I (numero id est *V*)
ducenarius n. I (d. n. i *om. B*)
centenarii n. II
epistulares n. II
formae primae n. III
formae secundae n. I
formae tertiae n. II

4 Scrinii (sacri scrinii *Paris. 4537*) tabulariorum
perf. ord. tertii n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistularis n. I
formae primae n. III
formae secundae n. V

5 Scrinii canonum
perf. ord. tertii n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistulares n. II
formae primae n. IIII
formae secundae n. IIII

6 Scrinii mittendariorum
ducenarius n. I
centenarii n. V
epistulares n. VIIII
formae (*bis V*) primae n. VII
formae secundae n. XXXIII

7 Scrinii auri (*om. B*) massae
perf. ord. tertii n. I (iii *B*)
id est (unus *B*, id est *om. V*) primicerius sacrae massae
perf. n. I
id est (id est *om. VB*) secundocerius
ducenarii n. II
id est (unus *B*) tertiocerius et quartocerius
centenarii n. VI (*sic VB*, iiii *Krueger)*
epistulares n. IIII (iiii uel iii *[sic] B*)

8 Aurifices specierum
perf. n. I
ducenarii n. III (ducenarii iiii n. i *V*, ducenarii *rel. om. B*)
centenarii (*om. B*) n. VI
epistulares n. VIII
formae primae (*om. B*) n. XVIII
formae secundae n. IIII

9 Aurifices solidorum
ducenarius n. I. (n. I. *om. B*)
centenarii (*om. B*) n. VII
epistulares n. (i *ins. V*) VI
formae primae n. VIIII (uiii *B*)
formae secundae n. XXX

10 Sculptores et ceteri artifices (aurifices *B*)
centenarius (rius *ins. B*) n. I (*om. B)*
epistulares n. V
formae primae n. VI
formae secundae n. XVIII (xix *B*)

11 Scrinii (auri *ins. edd.*) ad responsum
perf. ord. . . . (per formam primam *B*, per formam secundam *V*) n. I
perf. ord. . . . (per formam secundam *B*, per formam *V*) n. II
ducenarius n. I (*sic VB*, iii *Krueger)*
centenarii n. II (n. ii *om. B*)
epistulares (*om. B*) n. III
formae primae n. IIII (*sic VB*, iii *Kr.)*
formae secundae n. (i scrinii *ins. B*) II
formae tertiae n. I

12 Scrinii ad miliarensia (*sic fere edd.*, ad militem *V*, ad limitem *B)*
perf. (*om. B*) n. I
ducenarius n. I (duc. n. i *bis B*)
formae primae n. I
formae secundae n. II (n. i *om. B*)
formae tertiae (f. tert. *om. B*) n. III

13 Scrinii sacrae vestis (*sic scripserim;* scriniarii uestis *V*, scrinii uestis *B*)
perf. ord. . . . (ordinis tertii *VB*) n. I
perf. (formam *B*) secundi ord. n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistulares n. II
formae primae n. VII
formae secundae n. X
formae tertiae n. IIII (iii *B*)

14 Officialium sacrarum vestium
ducenarii n. III (*sic VB*, ii *Kr.)*
centenarii n. II (iii *V*)
epistulares n. II
formae (*ante* II *praecedens B)* primae n. VII
formae secundae n. X
formae tertiae n. VIIII

15 Deputati (deputatis *B*) sacrae vestis
perf. secundi ordinis n. II
ducenarii (*ins.* numero i epistulares *B)* n. II (duc. n. ii *om. V*)
centenarii n. II (cent. n. ii *om. V)*
epistulares n. II (ep. n. ii *om. B*)
formae primae n. III

16 Scrinii ab argento
perf. ord. . . . n. I
centenarius n. I
epistularis n. I
formae primae n. IIII (ui *B*)
formae secundae n. III
formae tertiae n. I (iiii *B*)

17 Ad pecunias
perf. ordinis . . . (per formam ordinis *B*, per formam dedictis *V*) n. I
formae primae n. II (f. p. n. ii *om. B*)
formae (*om. B*[1]*)* secundae n. II
formae tertiae V numero (f. t. u n. *om. V*)

18 Argentarii comitatenses
ducenarius n. I (n. i *om. B*)
centenarii (*om. B)* n. II
epistulares n. III (*sic VB*, ii *Kr.)*
formae primae n. VIII
formae secundae n. XXV (xxx *V*)

19 Barbaricarii
centenarius n. I
epistulares n. II (epistulares n. unus epistulares n. u *B*)
formae primae n. VIII
formae secundae n. I

VI, 30, 8 (385 Mart. 12).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Placuit iusta et omnibus mittenda(riis) palatini officii profutura suggestio, qua insinuasti, ut ex isdem annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito provisionis intuitu cingulo liberentur. DAT. IIII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSVLIBVS.

*R (expletur ex gem. et Iust.).* — GEMINA 6, 30, 9. — IVST. 12, 23, 8.

2 palatini] *R Iust.*$(I^{b})$, et palatinis *Iust. (rel.)* quam *Iust.* hisdem *R* 3 centenariis] *Iust.*, | centuriis *R*

VI, 30, 9 (385 Mart. 12).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). De mittendariis palatinis annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito provisionis intuitu cingulo liberentur et prioribus decedentibus locus sequentibus detur. DAT. IIII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*R.* — GEMINA 6, 30, 8.

VI, 30, 10 (385 Aug. 31).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis iudicum palatino vel profligationem debitorum putaverit esse mandandam vel eius inpertiendum litigatori auxilium in lite privata, tam ipse quam eius officium per singulos, quibus vetita curanda
q. 37 f. 6' conmiserit, quinas auri lib(ras) fisci viribus inferre | cogatur. DAT. PRID. KAL. SEPT. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

*R*

5 i] ii *R*

VI, 30, 11 (386 Mai. 7).

[*IDEM*] AAA. PROCVLO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Olim statuimus, ut ultra definitas dignitates nullus nec annonas nec streuas perciperet. Sed quia plerosque de diversis palatinis officiis sub occasione indepti honoris strenas et vestes ceteraque sollemnia ultra statutum numerum percepisse cognovimus, et id quod ex superfluo praebitum est exigi facias et deinceps ultra statutas dignitates nihil praeberi permittas. DAT. NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI), ACC. A VALERIO C(OMITE) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

*R*

5 dignitate $R^{a}$

VI, 30, 12 (390 Ian. 15).

[*IM*]PPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. SEVERO COM(ITI) ET CASTRENSI. Nullus eorum, qui palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt, ad aliquod munus debet admitti, nisi cui adnotatio nostra sortiendae talis militiae copiam patefecerit. DAT. XVIII KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*R*

1 seueriano $R^{a}$ 3 debet tadmitti *R* 4 neotherio *R*

**30, 13** (395 Nov. 28).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Officium, quod sublimitatis tuae iussionibus obsecundat, eas tantummodo teneat dignitates, quas divae recordationis Valentis constitutio conprehendit. Nihil ultra nec peti convenit nec sperari. DAT. IIII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*R*

1 osio *R* 3 conpraehendit *R*

---

**30, 14** (396 Ian. 18).

IDEM AA. MARTINIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Officiorum palatinorum scriniorumque primicerii biennio transacto discedant nec ulterius in eadem militia conmorentur. Eos sane, qui ante hoc statutum in locis memoratis inventi sunt, ad metas triennii concedimus pervenire. DAT. XV KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*R*. — GEMINA (?) 6, 26, 6.

1 offorum *R* 2/3 comorentur *R*ª 4 xui k. *iuncta* 7, 6, 4

---

**30, 15** (399 . . .).

IDEM AA. CONSTANTIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). His abiectis de officio pala-
37 f. 7 tino, qui inconsiderate ac vulgo sunt congregati, statutos | ducentos viginti quattuor, supernumerarios sesce[*n*]tos decem electissimos inhaerere praecipimus et [*iux*]ta instructionem eminentiae tuae, quae adnex[*a*] est, singulis scriniis vel rectoribus definitum
1 numerum supernumerariorum deputari. Si quis sane ad memoratam militiam accedere voluerit, di[*scus*]sa generis fide tunc demum adnotatione nostri [*nu*]minis palatinorum coetui societur. DAT. XIII KAL. .... CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

*R*

1 constano *R* 2 inconsideratae *R* congratati *R*ª 3 inherere *R* praecepimus *R* 6 di[scus]sa (disc[us]sa *Vesme,* ostensa *Cuiacius*) | *R* 7 coetui] *sic R* k. . . .] k. ia[n] *visum est Vesmio in R* conss. *R*

---

**VI, 30, 16** (399 Dec. 22).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Salutari definitione censui[*mus*] DXL et VI de off(ici)o com(itis) sacrarum largitionu[*m*], trecentos privatarum, qui tamen nullis su[*nt*] corporibus obligati; reliquos suis officiis et ordini[*bus*] esse reddendos singulis tamen ita matriculis reti[*nen*]dos, ut patriae provincia pariter conscribatur, iudicibus admonendis de numero statuto, ut ceteri ad sua officia retrahantur nec posthac sub specie militiae intra provinciam possit delitiscere qui sibi nec indultum commeatum nec publicam necessitatem docuerit esse mandatam. Curialem suum municipes vindicent, collegiatum proprium corpus adstringat, nec iudicem suum apparitor quondam desertor evadat. Sibi quisque, iure tamen, obnoxium exsequatur, adiutoribus quoque, qui matriculas tractant, supplicium deportationis cum amissione facultatum subeuntibus, si quemquam ultra numerum praestitutum siverint militare. DAT. XI KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

*R*

1 messale *R*ª 2 de] *scr.* detineri 3 sint *Cuiacius* 4 ut] unt *R*ª 8 proproum *R*ª | 11/12 uc css. *R*

VI, 30, 17 (399 Dec. 23).

IDEM AA. LONGINIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Serenitas nostra salubri sanctione disposuit, ut quingenti quadraginta sex, qui tamen nullis sunt corporibus obli-
q. 37 f. 7' gati, palatini ..... sint, supernumerarii | [au]tem, ex quibus in decedentium locum quos ratio invenerit singuli subrogentur, ad originem tractis desertoribus: sciente adiutore officii palatini, si qui supra statutum numerum vel coniventia vel neglegentia eius inrepserit, avaritiam eius proscribtione omnium facultatum ac deportatione plectendam. Reliquos autem, qui superflui fuerint, provinciis sine dilatione datis auctoritatibus restitue. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*R*

1 longiniano] *Gothofredus, quoniam idem vir redit a. 406 praef. praetorio,* longiano *R* 2 quadaginta *R*[a] quid *R*[a] 3 *talia videntur excidisse:* palatini [a te retineantur, reliqui item palatini] sint, supernumerarii autem 5 cohibentia *R* 7 restitue] *scripsi,* restituantur *R* 8 css. *R*

VI, 30, 18 (405 Aug. 12).

[*IDEM*] AA. NESTORIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Non aliter quilibet in officio sacrarum ┌ privatarum cingulum militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis adnotationem meruerit. DAT. PRID. ID. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

┌ largitionum vel IVST.

*R.* — IVST. 12, 23, 9.

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A.

VI, 30, 19 (408 Ian. 17).

[*IDEM*] AA. ET THEOD(OSIVS) A. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Domninum ex primiceriis sacrarum largitionum speciali beneficio ex vicariis ad similitudinem proximorum sacrorum scriniorum esse praecipimus. Ceteros primicerios scriniorum et qui post illum primicerii totius erunt officii palatini, ex consularibus inter allectos esse decernimus. DAT. XVI KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) BASSO ET PHILIPPO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

*R*

1 p̄p̄o] *immo* p̄ ū, *nisi fallit annus* 3 praecepimus *R* 5 carissimis *R*[a]

VI, 30, 20 (413 Iun. 7).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Palatinos, qui sacrarum remunerationum rationem tractantes ⌞inculpatim⌟ ad calcem terminumque militiae pervenerint, nec non etiam adiutorem et primicerios diversorum officiorum praecepimus ea habere privilegia, quae nuper agentum in rebus scholae a nostra sunt mansuetudine contributa, scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exortes ceteraque onera non agnoscant, || quae antea, cum nihil de hac re statuissemus, ad dignitatis dispendium sustinebant. DAT. VII ID. IVN. RA(VENNA) POST CONS.
q. 37 f. 8 | HON(ORII) VIIII ET THEOD(OSII) V AA.

IVST. ⌞inculpanter⌟ || *fin.*

*R.* — IVST. 12, 23, 10.

2 ratione *R* 3 peruenerint] *R Iust. (Cui.),* peruenientes *Iust. (reliqui)* 3/4 nec non etiam adiutorem et primicerios d. o. praecepimus (ea *om. Iust.*) habere priuilegia quae] *Iust. (cum Graecis qui privilegium referunt et ad eos qui rationes recte tractarint et ad adiutorem comitis s. l. et ad magistrianos ex principe),* praecepimus ea h. priuilegia adi. et prim. d. o. quae (*om.* nec non etiam) *R* 4 primicerius *R* 5 sholae *R*[a] 7 de hac restituissemus *R* 8 sustinebant] *Cuiacius,* sustinebunt *R* css *R*

**30, 21 (416 Iun. 29).**

IDEM AA. ANYSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM) ET TAVRO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ad similitudinem sa(nc)tionis, quam de proximis sacrorum promulg(avi)mus scriniorum, etiam in officio sacrarum lar(gi)tionum atque privatarum pro biennio annum su(b) perpetua observatione praecipimus custodiri. || In venerabili natali perennitatis meae Theodosi[*i e*]xemplo proximorum annus suscipiat exordi[*um*] promotionis, || ⌈et privilegia, quae huiusmodi offic(iis) vel ⌜primicerio⌝ sacris legibus deferuntur, integra (in)libataque serventur. DAT. III KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PAL[*LADIO CONSS.*].

IVST.
|| *finit*
|| *redit* | ⌈ ita ut ⌜primiceriis⌝ •

*R (litteris rectis expressa expleta sunt ex Iust.).* — IVST. 12, 23, 11.

1 anyso *R*ᵃ 5 in *ut vid. R* [e]xemplum *R*

---

**30, 22 (419 Mai. 4).**

IDEM AA. ANYSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Cessantibus cunctis, quae super bienn[*io*] de actu mittendariorum olim statuta sunt, ad sim[*ili*]tudinem exceptorum eiusdem militiae conpleto an[*no*] recedere eos subituris eundem locum sequentib[*us*] praecipimus, illis, qui nunc agunt, biennii actum, ex qu[*o*] coeperunt, conplentibus. DAT. IIII NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

*R*

---

**I, 30, 23 (422 Apr. 29).**

IDEM AA. ASCLEPIODOTO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quattuor mittendarios, qui per annos singulos ex officio palatino exire sollemniter consuerunt, beneficiis, quibus tuo culmini visum fuerit, ex his videlicet, quae suae iurisdictionis esse nec aliis ex consuetudine caelitus deputata cognoverit, tua sublimitas prosequatur: etiam in posterum hac consuetudine permansura, ut circumventione damnata prolixa stipendia sive debita solacia consequantur. DAT. III KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEOD(OSIO) X AA. [*CONSS.*].

*R*

2 singolus *R* 5 siue] sine *R*

---

**VI, 30, 24 (425 Nov. 17).**

IMP. THEODOSIVS A. ET VAL(ENTINI)ANVS C. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Nostrae moderationis arbitrio praestitutum est, ut privatiani privilegia largitionalis officii per-
.37 f. 8' petuo consequantur, | hoc est ut tam primicerius officii privatarum quam alii quattuor reliquorum primicerii scriniorum eiusdem contemplatione militiae ex consularibus inter allectos esse mereantur et tam in hac alma urbe quam [*in p*]rovinciis honore potiantur, cum inl(ustres) viri memora[*ta*]rum comites dignitatum ita simili iugiter infularum [*sp*]lendore decorentur, ut non culmine distinguantur aequali, sed tempore. DAT. XV KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO C. CONSS.

*R*

1 hierierio p̄p̄ *R* 2 prestitutum *R* 5 et tam] *Cuiacius,* etiam *R* 6 iugeter *R*ᵃ | 7 distinguantur] *Gothofredus,* discingantur *R*

# XXXI. DE STRATORIBVS.

*Iust.* 12, 24.

VI, 31, 1 (365? 368? 370? 373? Iun. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRAESIDEM NOVAE EPIRI. Per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur et in offerendis equis certam formam staturam aetatem provinciales nostri custodiendam esse ⸢cognoscerent⸣. Quos etiam fisco certo solidorum modo obnoxios fecimus, si, quod stratores petere ⸢numquam metuunt⸣, illi dare stratoribus non timerent. Officium quoque gravitatis tuae centum argenti libras multabitur, si sciens praedictam rem gestam fuisse non ilico eam severitati iudiciariae prodidisset. DAT. XIII KAL. IVL. APOLLONIAE VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⸢cognoscant⸣ |
| ⸢interdictum est⸣ |

*R.* — IVST. 12, 24, 1.

2 generalem *R* abstractoribus *R*, stratoribus (*om.* ab) *Iust.* probae] *R cum Iust. (Graec.)*, proprie *Iust. (Lat. meliores)* 3 equis] *Iust.*, quis *R* 4 esse] ese *R*ª 5 obnoxius *R* 6 statoribus *R* 7 si] *Iust.*, *om. R* 8 prodidisset] *Iust.*, prodidisse *R* 9 dat.] *immo* pp.

q. 38 f. 1

# |XXXII. DE CASTRENSIANIS.

castrinsianis *R.* — *Iust.* 12, 25 de c. et ministerianis

VI, 32, 1 (416 Febr. 8).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NARSI VIRO S[*P*]ECT(ABILI) COM(ITI) ET CASTRENSI S(ACRI) P(ALATII). In officio spectabilitatis tu(ae se)cundum formam divalium responsorum post comple(tum) tempus praefinitum, id est biennium, prioribus de(ceden)tibus insequentes ad locum pro merito laborum st(ipen)diorumque succedant. Nec ulla licentia tribuatur (his), qui inpletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. DAT. VI ID. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

*R (expletur ex Iust.).* — IVST. 12, 25, 1.

1 theodiosius *R*ª s. p.] r̄ p̄ *R*, sacri palatii *Iust.(O)*

VI, 32, 2 (422 Ian. 12).

IDEM AA. SCHOLASTICO VIRO SPECTAB(ILI) COM(ITI) ET CASTRENSI SA[*CRI*] PALATII. Nonnulli divinis impetratis apicibus prim[*ae*] vel secundae formae sacri ministerii supernum[*e*]rarii ordinati sunt, quibus interpositis et locum qui vacaverit occupantibus statuti secundae vel tertiae formae de superioribus gradibus excluduntur. Ideoque decernimus, ut, qui in prima vel secunda forma divino beneficio supernumerarii repperiuntur, statuti quin etiam secundae vel tertiae formae, alternis vicibus, hoc est per vicissitudines, promoveantur, ut nunc unus ex isto, nunc alter ex illo ordine ad superiorem statutorum locum, si vacaverit, progrediatur. De cetero observando, ut, || si quis primae vel secundae vel tertiae formae specialiter inter statutos gradum caelitus valuerit impetrare, supernumerarius ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. DAT. PRID. ID. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

|| *inc.* IVST.

*R.* — IVST. 12, 25, 2.

2 minesterii *R*ª 3 statuti] *Cuiacius*, statutis *R* 6 uicissitudinis *R* 9 supernumerarius] *Iust. (K)*, supernumerarios *R*, supernumerariis *Iust.(OI)* 10 formae] *Iust.(OI)*, forfae *R*, forte *Iust.(K)*

8 f. 1'

## |[X]XXIII. DE DECANIS.

*Iust.* 12. 26.

33, 1 (416 Nov. 4).

[*IMP*]P. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. HELIONI COM(ITI) ET MAGISTRO' OFF(ICI)ORVM. Quattuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum pervenerint, biennii spa(t)io primiceriatus gerant officium, neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari, ut omni gratia et ambitione cessante post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. DAT. PRID. NON. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

*R.* — IVST. 12, 26, 1.

3 spa|*io *R* primiceratus *R* 4 cassante *R*ᵃ

## XXXIIII. DE MENSORIBVS.

*Iust.* 12, 27.

34, 1 (405 Iul. 23).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Primicerius mensorum ⌜ad instar scriniorum⌝ biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam sortiatur. DAT. X KAL. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

*R.* — IVST. 12, 27, 1.

2 criniorum *R*ᵃ agentes *R* 3 antemio *R*

## XXXV. DE PRIVILEGIIS EORVM, QVI IN SACRO PALATIO MILITARVNT.

militant *Iust.* — *Iust.* 12, 28.

VI, 35, 1 (314 Oct. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. PALATINIS BENE MERITIS SVIS SALVTEM. A palatinis tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est
9, 38 f. 2 memoriae epistularum libel|lorumque, versati sunt, procul universas cal(um)nias sive nominationes iubemus esse summotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepote(s) ipso ordine sanguinis pervenire atque inmunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibu(s) permanere cum universis mobilibus et manci(pi)is urbanis, neque iniurias eis ab aliquibus inferri, it(a) ut, qui haec contempserit, indiscreta dignitate poenas debitas exigatur. DAT. IIII KAL. NOV. TREVIRIS VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

*R (expletur ex Iust.).* — IVST. 12, 28, 1.

1 tam] *Iust.*, tam in *R* 5 ueruenire *R* inmunis *(ut vid.) R* 6 unuersis *R*ᵃ 8 triueris *R* *At eo die Constantinus non fuit Treviris.*

VI, 35, 2 (315 [319] Iul. 27).

IDEM A. AD PROCVLVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Si ex memorialibus vel [*ex*] palatinis nostris aliquis ad agendas curas re[*i*] publicae vel alterius officii fuerit destinatus, m[*i*]-

1 merorialibus *R* 2 publice *R*

nime ab eo repraesentatio postuletur equoru[*m*]. Qui autem in palatio obsequia non praebuerun[*t*], sed ex alio hominum genere sunt, equos sollemnes pro huiusmodi actu repraesentent. DAT. VI KAL. AVG. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO CONSS.

*R*

2 equo sollemnes *R* 3 constantino a. u et licinio c̄ *ad 1, 12, 2. 15, 3, 1 emendavit Gothofredus*

VI, 35, 3 (319 [immo 352] Apr. 27).

IDEM A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De cubiculis nostris vacatione donatos vel diversis obsequiis palatinis ⌜aut scriniis memoriae epistularum libellorumque vel officio largitionum comitatensium singularumve urbium, sed et officio admissionum ad legum nostrarum privilegia volumus pertinere⌝, ut nec ipsi nec filii nec nepotes eorum ad ⌜curiam vel⌝ honores vel munera municipalia devocentur. || Meritoque his iungimus largitionales urbium singularum, ne privilegio separentur quos dignitas propemodum similis copulavit, memorati namque palatinorum matriculis adtinentur, quique sub
q. 38 f. 2' cas|trensi militant. || Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant vel obsequium temonariorum vel ⌜prototypiae⌝. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut || etiamsi quis ad diversas administrationes post obsequia palatina pervenerit, isdem debeat uti privilegiis, quoniam || maior dignitas nulli debet ⌜ praeiudicium fa-
1 cere. || Nemo igitur ex filiis praedictorum vel servis castrensi peculio conquisitis professionibus censualibus inseratur vel numero adcrescentium locove deficientium subrogetur, si non fuerit in-
2 nexus voluminibus || ⌜censualibus. Personalibus etiam et corporalibus muneribus liberentur⌝, sive adhuc ⌜in palatio⌝ observant, sive op-
3 tata quiete donati sunt. Quibus omnibus privilegiis coniungimus agentes in rebus, licet ⌜meritis⌝ militaribus videantur esse subnixi. DAT. V KAL. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. V. ET LICINIO C. CONSS.

IVST. 12, 28, 2
⌜memoriales etiam, qui in scriniis memoriae epistularum libellorum sacrarumque dispositionum referuntur, nec non et si qui in utroque officio palatinorum comitatensium singularumve urbium et officio admissionum et castrensis sacri palatii militant, privilegia volumus habere⌝.

⌜curiam vel⌝ *om.*

|| *finit*

|| *redit*

⌜pentaprotiae aut etiam tironis praestationem agnoscant⌝ | || *finit*

|| IVST. 12, 1, 3

⌜circa prioris dignitatis seu militiae privilegia | || *finit*

IVST. 12, 28, 2 *redit:*

|| ⌜etiam censualibus vel personalibus vel corporalibus muneribus liberentur et habeant castrense peculium⌝ | ⌜palatium⌝

⌜meritis⌝ *om.*

*R.* — IVST. 12, 1, 3. 12, 28, 2.

5 largionum *R* 9 munera] *Iust.*, onera munera *R* 15/16 capitularius *R* 20 hisdem *R* 21 nulli] *Iust.*, nulla *R* 23 cumquisitis *R* 25 locoue] *Gothofredus*, loco uel *R* 27 corpolibus *R* 28 obseruant] *Iust.*, obseruent *R* quibus] bus *R*[a] 32 *de subscriptione vide ad 2, 9, 1*

VI, 35, 4 (321 Mart. 15).

IDEM A. AD IVLIVM VERVM VIC(AR)VM ITALIAE. Palatinis nostris, qui ob spectatum laborem otio donati sunt, sub obtentu pensitationum, quae repraesentari consuerunt, tole-

1 uirum *R* 2 sunt] *Cuiacius. om. R* otentu *R*[a]

rantia munerum sordidorum atque indigni oneris quorundam temeritate inponitur. Quod facinus licet graviore poena plectendum est, tamen ita volumus emendari, ut gravitas tua ex officio rationum aeris speciem postulet et in tabulas ei formatae legis huius apices inprimat, ut, si quid tale sustineant, ad eas inlico quasi ad praesentia remedia perfugiant atque ab intentato onere liberentur. P(RO)P(OSITA) ID. MART. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*R*

2 plectemdum *R* 3 ei formatae] efformatae *Gothofredus; fortasse* eius formae 4 quid] *scr.* qui quid 5 abque *R*

VI, 35, 5 (328 Iul. . . .).

.38 f. 3 IDEM A. AD VNIVERSOS PALATINOS. Ab his, qui post inpleta officia | fidelis obsequii administrationes publicas me[*ru*]erunt, concessa quidam conantur privilegia de[*tor*]quere nec intellegunt fastigiis promotionum [*in*] sublime provectos ab inmunitate legitima exire minime oportere. Ideoque praecipimus, ut palatini [*nos*]tri expleto munere fidelis obsequii, cum ad dign[*i*]tatum cumulos elati fuerint, nihil de concessis p[*rivi*]legiis perdant, sed incrementis dignitatum utilis [*au*]geatur immunitas. De qua re ad praefectos praeto[*rio*] et ad praefectum urbis scribta direximus. DAT. *** NON. IVL. YSCO IANVARINO ET IVSTO CONSS.

*R*

1 offici *R*[a] obsequi *R*[a] 2 dere[lin]quere *Vesme* 3 exire (exui *priores male*) *R* 4 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R* 7 dat. iii non. *Cuiacius* yscoi *R; intellege* Oesco

VI, 35, 6 (364 Sept. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. H(AVE), ARTEMI, K(ARISSIME) NOB(IS). M[*ira*]ti admodum sumus te non consideratis privi[*le*]giis palatinorum quosdam ex eorum nume[*ro*] susceptoribus velle coniungere, cum id minime legis nostrae sententia conprehendat. ET CETERA. DAT. XIII KAL. OCT. AQVILEIA DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*R*

1 *corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)* 1/2 admodo *R* 3 conpraehendat (-da *R*[a]) *R*

VI, 35, 7 (367 Nov. 18).

IDEM AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui intra consistorii secreta veneranda notariorum funguntur officio quique in scriniis militant quique inter agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent, admissionales etiam et qui sub castrensi officio sive comitatensibus sive privatis largitionibus obsecundant, cum pro merito probitatis et fidei accessu istius fuerint splendoris ornati constetque eos tunc temporis honoratos, cum a palatinis mitterentur obsequiis, a primis quibusque gradibus usque ad perfectissimatus ordinem, tametsi prosecutoriarum adiumenta non habeant, praerogativa concessi honoris utantur. Comitibus autem, quorum iam celsior locus est, et tribunis ita
.38 f. 3' demum pro|sit allectio, si sacra ad urbanae officium praefecturae scribta pertulerint, quibus eorum vita laudetur. Haec peculiariter Romae serventur, ut habito loci honorisque delectu, habito etiam virium fortunarumque discrimine, et laboribus singulorum congrua praemia rependantur et hi ad impetratam adlectionem pertineant, quos post gloriosum laborem exhauriri senatoriis sumptibus non oportet. DAT. XIIII KAL. DEC. TREVIRIS, ACC. IIII ID. DEC. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*R*

2 quibque in *R*[a] 3 castensi *R*[a] 4 officio] officio sunt 4/5 probatis *R* 7 prose- ea *R*[a] 10 habitu *R* 11 delictu *R*[a] 12 rependantur] *Cuiacius*, rependatur *R* 13 exauriri *R* triueris *R*

VI, 35, 8 (369 Aug. 30).

[*IDEM*] AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Circa palatinos nostros quies inlibata permaneat, quo intellegant cuncti nec officia inpunitum habere nec iudices, si inquietentur hi, quibus post documenta fidelis obsequii sub nostris acta conspectibus plena est inpertienda tranquillitas. DAT. III KAL. SEPT. BRISIACI VAL(ENTINI)ANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS.

*R*

1 *debuit addi* Gratianus 2 *scr.* quo permaneat nec officia] *Gothofredus*, ne officia *R* | 3 ducumenta *R*

VI, 35, 9 (380 Febr. 15).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui e palatio sacro vel privilegiis ambiuntur vel provinciali administratione donati sunt, nullis volumus conventionibus fatigari. Quisquis igitur agentem in rebus aliumve palatina dignitate subfultum, qui vel post administratam provinciam honorati auctoritate fulcitur vel testimonii nostri adsertione confidit frequenter super dignitate sua, interpellatione pulsaverit, quinque librarum auri inlatione tenebitur. DAT. XV KAL. MART. TREVIRIS GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

*R*

5 aucturitate *R* ad | adsertione *R* frequenter] *scr.* reuerenter 7 triberim *R*, triberini *Cuiacius*

VI, 35, 10 (380 [?] Iun. 27).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum inlicitum esse cognoscant quemquam, qui e palatio gloriosa administratione perfunctus seu vacatione
q. 38 f. 4 donatus | sit, ulli necessitati extra ordinem subiugandum praeterquam semel ad professionem proprii hon[*o*]ris, non modo ulla conventione cogendum, verum levi saltem conmonitione pulsandum. Quod si quis iudex hoc praeceptum temerare contenderit, ei[*us*] officium, penes quod culpam neglectae iussion[*is*] haerere manifestum est, quinque librarum auri [*con*]demnatione multandum est. DAT. V KAL. IVL. AQVIL[*EIA*] GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*R*

4 hon[o]ris *(sic recte ut videtur Vesmius,* laboris [*reiecto* muneris] *Cuiacius in margine et in ed.) R* uerum] *R*, uerum etiam *Cuiacius* 4/5 comonitione *R*[a] | 6 paenes *R* 7/8 *subscriptio dubia (vide ad 6, 28, 2)*

VI, 35, 11 (381 Febr. 3).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab omnibus ex aula nostra decede(n)tes viri iniunctis habeantur inmunes; numerar(io)rum fastus vel rapaces quaestus tamquam ex(pe)rientes et idonei non patiantur || nec post emeritam [*mis*]sionem ad || *fin.* IVST. ministeria senes debiles seu vacante[*s*] oblitterata laboris exacti consideratione revoce[*n*]tur. DAT. III NON. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

*R (intra parentheses expressa litteris rectis explentur ex Iust.).* — IVST. 12, 28, 3.

1 ab omnibus *post* 2 uiri *Iust.* 3 non patiantur] *Iust.*, potiantur (*om.* non) *R* [mis]sionem *(sic ego cum Cuiacio,* iu*sionem *Vesme) R* | 4 obliterata *R*

VI, 35, 12 (383 Mart. 5).

IDEM AAA. AD CYNEGIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quoscumque palatinae militiae officiis deputatos per decem annorum spatia quisquam ad ordinem sibi debitum

repetere cessaverit, postea super petitione personae agere nihil poterit. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

---

*R*

---

VI, 35, 13 (386 Iul. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PINIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui in palatio militando diversis actibus paruerunt, ⌜secundum legem domini germani nostri⌝ in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, optinere norint insignia, ut his omnibus praeferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regen-
p. 38 f. 4' das provincias dignitatesque susceperint | palatinas. ⌜Hoc autem generale decretum si quisquam⌝ temeraria usurpatione violare ⌈ temptaverit, sacrilegii ⌜reus legibus censeatur⌝. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO), ACC. IIII KAL. SEPT. HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌜ ⌝ *om.* |
| ⌜si quis autem⌝ |
| ⌈ statuta \| ⌜poenam sustineat⌝ |

---

*R.* — IVST. 12, 28, 4.

5 nouerint *Iust.* 11 euuodio *R*

---

VI, 35, 14 (423 Mai. 18).

[*IMP*]P. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD ASCLEPIODOTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui [i]ntra nostra scrinia vel agentum in rebus vel palatinorum tam comitis largitionum quam comitis privatarum, vel ad apparitionis amplissimae praefecturae praetorianae sacramenta se devoverit et quindecennii transcurso curriculo nulla fuerit a collegis conventione pulsatus, adsumpti cinguli honore laetetur nec emensa militia relictae originis
1 invidia quatiatur. In cohortalinorum autem militia praedicta tempora propaganda censemus, non quod maiores in ipsis rei publicae vires sint quam in curialibus constitutae, sed quod non isdem privilegiis inferioris sortis homines debeant honorari. Ideoque decernimus, ut, si in ea militia, ad quam transire conati sunt, viginti quinque annos sine ulla fortunae suae conventione peregerint et in officiis sine inquietudine et intermissione permanserint, quibus se quamvis inlicite sociarunt, ipsi quoque securi sint et a prioris
2 condicionis macula liberentur. Liberos autem curialium vel cohortalium quandoque susceptos, sive ante praerogativam et tempora expressa praesumptae militiae sive post decursa stipendia, originalem sequi condicionem oportet, quoniam satis est parentibus
3 eorum vacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. Haec autem
q. 38 f. 5 lex non ad illos pertinet, qui vel curiis vel suis officiis per sententias | iudicum traditi sunt, quos quidem propriam ne[*ces*]se est, cui addicti sunt, fortunam amplecti, sed ad eos, de quorum condicione in iudiciis quaestio vertitur, ut datam formam cognitores observent. DAT. XV KAL. IVN. CONS(TANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO [*CONSS.*].

---

*R.* — GEMINA 12, 1, 184 (12 liberos ... 15 concessam).

1 ad asclepiodotum] asclepiodoto *gem.* 3 ad *addidi, om. R* 4 transcursu *R* 5 adsupti *R* emessa *R* 7 in *om. R*ᵃ uires] *Cuiacius,* uiris *R* 8 hisdem *R* 9/10 sine ulla] *Gothofredus,* singula *R* 10 officii sine *R*ᵇ, officii sene *R*ᵃ 11 inlicitae *R* priores *R*ᵃ 12 autem *om. gem.* cohortalium] cohortalinorum *gem.* 13 expraessa *R* 17 fortunam] quo fortunon *(sic) R* 18 *fortasse* uertetur 19 xvii kal. mai. *gem.*

## [*XXXVI. DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM PECVLIO.*]

*sic Iust.* 12, 30, *om. R*

VI, 36, 1 [35, 15] (320 [326] Mai. 23).

IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes pala(ti)nos, quos edicti nostri iam dudum certa privileg(ia) superfundunt, rem, si quam, dum in palatio nost(ro) morantur, vel parsimonia propria quaesiv(e)rint vel donis nostris fuerint consecuti, ut ca(stren)se peculium habere praecipimus. Quid enim tam (ex) castris est, quam quod nobis consciis ac prope (sub) conspectibus nostris adquiritur? Sed nec alieni su(nt) a pulvere et labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos intentos eruditis studiis itinerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerint, peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio constituti sunt, aut labore, ut dictum est, proprio aut dignatione nostra quaesiverint. P(RO)P(OSITA) X KAL. IVN. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*R (expletur ex Iust.).* — IVST. 12, 30, 1.

2 certa] *Iust.*, certe *R* 3 uel pars.] *Iust.* (*OI*[b]) *coniectura*, uel si pars. *R Iust.* (*KI*[a]) quaesierint *Iust.* (*X*), quaesierunt *Iust.* (*KOI*) | 8 potuerunt *Iust.* 10 quaesierint *Iust.* *scribendum esse* Constantino A. VII et Constantio C. (326) *ostendit laterculus praefectorum*

q. 38 f. 5'

## XXXVII. DE EQVESTRI DIGNITATE.

*xxxui R.* — *Iust.* 12, 31.

VI, 37 [36], 1 (364 Oct. [?] 31).

(IMP)P. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Equites Romani, quos secundi gradus in urbe omnium optinere volumus dignitatem, ex indigenis Romanis et civibus eligantur, vel his peregrinis, quos corporatis non oportet adnecti. Et quia vacuos huiusmodi viros esse privilegiis non oportet, corporalium eos iniuriarum et prosecutionum formido non vexet, ab indictionibus quoque, quae senatorium ordinem manent, habebuntur immunes. DAT. PRID. KAL. NOV. PHILIPPOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.

Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus *fin.*

*R.* — IVST. 12, 31, 1.

3/4 indignis *R* 4 elegantur *R* 7 ordinum *R* 8 *eo tempore Valentinianus non fuit* | *Philippopoli*

## XXXVIII. DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE.

xxxuiii *R recte.* — *Iust.* 12, 32.

VI, 38 [37], 1 (313—337 . . .).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PATERNVM VALERIANVM. Codicillis perfectissimatus fruantur qui impetraverint, si abhorreant a condicione servili vel fisco aut curiae obnoxii non sint vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo ⌈ . . .

(q. 38 f. 6 *deficit*) . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

IVST.

⌈ negotio constiterint nec sibi honorem venali suffragio emerint nec rem alicuius administraverint.

*R.* — IVST. 12, 32, 1.

1 Paternum Valerianum] *mag. incertus* 4 si *delendum*